


P. 59. a. . . . mino a procuratoribus dis-
. . . ex superfluo autem ea, quae procu-
. . . mare desideras. Nam prin-
. . . temporis terminos perpe-
. . . *ma*rt. Nicomediae

. . .

. . . nato quae periculum ignominiae
. . . itur; quia neque dominus condem-
. . . et si cognitor in rem
. . . sem suam dato bis in
. . . uel cognitore transfertur

. . .

. . . *f*amae periculum inrogat
. . . cognitorem dirigere
. . . popularis cognitorem
. . . *lite*m contestatam admittit
. . . accipere cogitur maxime
. . . t capitales inimicitias
. . . mittitur excusatio cogni-
. . . suspectus tutor postuletur
. . . *u*elit retractare, quod actum
. . . ur, quoniam famosa causa est. Nisi

. . .

. . . um de pluribus speciebus
. . . auetur, quod edicto praetor perspicien-
. . . *facu*ltatem uel a cognitore
. . . *i*udicium transferendi
. . . cognitoris sit affecta
. . . t possit transferre non
. . . *uerba* edicti talia sunt. " Ei qui cogni-
. . . re ". His uerbis non solum
. . . are autem cognitorem |||

. . . .

THEODOSIANI CODICIS

GENUINI

FRAGMENTA

EX MEMBRANIS BIBLIOTHECAE AMBROSIANAE MEDIOLANENSIS

NUNC PRIMUM EDIDIT

WALTHERUS FRIDERICUS CLOSSIUS,

PHIL. ET J. U. DOCTOR,
ET JURIS PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS
IN REGIA UNIVERSITATE TUBINGENSI.

TUBINGAE,

APUD C. F. OSIANDRUM.

MDCCCXXIV.

GUILIELMO
WÜRTTEMBERGIAE REGI
POTENTISSIMO CLEMENTISSIMO FORTISSIMO
PATRI PATRIAE

Quid optatius esse potest, quam novum hunc gravis juris Antejustinianei fontem Tuo nomini inscribere, quem, summa Tua liberalitate adjutus, publicae nunc luci exponere mihi licet? quid universitatis Tuae doctoribus occasione jucundius, gratâ semper recolendi memoriâ beneficia vere regia, quae in universitatem hucusque cumulasti ejusque prosperitatem in dies magis increscentem reddidisti? Ut primum enim regni Tui capessisti gubernacula, subito rerum nostrarum facta est laetissima conversio: novae Facultates exsurgunt, instituta academica fundantur, augentur, ornantur, saluberrimae leges dantur, et omnes res academicae Te habent Fautorem ac Nutritorem augustissimum, munificentissimum, humanissimum. Nunquam memoriâ excident dies

illi sacri III. et IV. Junii MDCCCXXII., ubi clari ac benigni sideris instar nobis adfulsisti, nostra sciscitatus es uberrimâ curâ, et Tua clementia omnium animos, si fieri poterat, amplius Tibi devinxisti. Excipe igitur, Rex Augustissime, indulgenter vetustas hasce juris romani reliquias Tuis auspiciis ex oblivione orbi litterato vindicatas, meamque editionem inter innumera amoris piaeque reverentiae documenta repone, quibus Te omnes Tui cives prosequuntur.

REGIAE MAJESTATI TUAE

DEVOTISSIMUS

W. F. CLOSSIUS,

JURIS P. P. O.

LECTURIS S.

Quae Gustavus Hugo, Cujacianae jurisprudentiae aetate nostra restaurator vere acerrimus, vota fecerat, ut libri quinque priores Theodosiani Codicis, saeculo decimo sexto, in Gallia, ut videtur, integre adhuc exstantes reperirentur, * ut pro parte quidem explerem, mihi tam felici esse contigit. **

* Hugo civilistisches Magazin (Berl. 1797.) B. II. p. 418.

** Alia quoque eodem fere tempore insignia Theodosiani Codicis supplementa inventa sunt. Sic Gust. Haenelius, de nostra quoque corporis juris civilis editione adornanda praeclare meritus (Prodromus corporis j. c. a Schradero, Clossio, Tafelio edendi. Berol. 1823. p. 69 sq. 321 sq.), plura loca ad legem romanam Visigothorum pertinentia usque adhuc incognita in nonnullis codd. Parisiensibus et Aurelianensi invenit, quae jam incomparabilis Hauboldi Perillustris industria

Quum enim annis 1819 et 1820 iter litterarium faciens diutius Berolini ac Gottingae commorarer, viri, academias has, at quantum! illustrantes Carolus Fridericus de Savigny et Gustavus Hugo saepius me exhortati sunt, ut illustris Gaji inventoris vestigia felicissima premens jurisprudentiae antiquae thesauros in Italia forte absconditos amplius investigarem. Quibus ego adhortationibus, quod jam summa pietas erga

---

publici juris fecit (Praetermissorum inprimis ad Brev. Alaric. pertinentium — Promulsis I. Lips. 1822. 4.). Mirum vero, virum doctissimum in Hispaniae bibliothecis ne unum quidem, neque legis romanae, neque Theodos. Codicis genuini invenisse codicem. In Toletana quidem bibliotheca sanctae ecclesiae (Santa Iglesia) membranis uberrima est codex antiquissimus Isidori (sign. 15. 8.) cum nonnullis foliis palimpsestis, in quibus verba: *Arcadius et Honorius* conspiciuntur; at frustra in enucleando codice, adhibitis chemicis remediis, cl. Haenelius operam consumsit. In palimpsesto deinde Vaticano juridici argumenti, quem nuper Angelus Majus vulgavit (Vaticana juris romani fragmenta), undecim folia Theodosiani Codicis sunt,

tantos viros flagitabat, eo lubentius accessi, quo magis me studia historica atque litteraria, quae semper cum dogmaticis conjungere amavi, et carissimi praeceptoris, Eduardi Schraderi, viri de me meisque rebus immortaliter meriti, illustrissimo exemplo excitatum, et ipse bibliothecarii munere fungentem, ad bibliothecarum thesauros expiscandos adducebant. Et quum tandem per litteras Caroli Frid. de Savigny Hugoni transmissas Gottingam nuntius

---

quae vero, quod valde dolendum est, in partem cognitam (tres ultimos libros) incidunt. Lectiones variantes, quarum una, eaque gravissima jam in Themide (Paris. 1822.) T. IV. p. 187. notata est, editionis fragmentorum Berolinensis calci adjectae sunt. — At omnia haec superat, quae Amadeus Peyron, linguarum orientalium apprime doctus, in palimpsestis Taurinensibus detexit triginta circiter folia Theodosiani Codicis genuini, quorum decem circiter librorum quinque priorum continent fragmenta. Cujus illustris inventi in dies cupide exspectamus editionem. Vide, quae ex litteris cl. Bluhmii de eo publici juris feci in Themide (Paris 1821.) T. III. p. 474 sqq.

allatus fuisset, bibliothecam Ambrosianam multas juridici argumenti membranas servare, * stabat mihi sententia immota, tam laetis ominibus in Italia, hac inexhausta rerum anecdotarum fonte, quae fortuna offerret, tentare. — Et eventus non fefellit exspectationem.

Quae vero, antequam benevolis lectoribus detecta proferam, praemittere religioni mihi visa sunt, ut omnes etiam nunc sciant, hos viros non solum per vastam eruditionem, ingeniique splendidissimi acumen disciplinam nostram ditare, sed etiam alios exemplo atque exhortationibus monere, excitare, accendere, ut ad saeculi gloriam, pro sua quisque conditione ac viribus, conferant. —

Ultimis igitur diebus Septembris primisque Octobris anni 1820 Mediolani commoranti, in bibliotheca Ambrosiana membranis ditissima, et Angeli Maji pretiosissimis inventis celeberrima ** en primus

---

* Göttingische gelehrte Anzeigen 1820. p. 595.

** Ut viri docti bibliothecam Ambrosianam perlustrantes, quae ad jurisprudentiam

fere liber, qui mihi, Institutionum codices, pro nova, quam cum Schradero et Tafelio

---

spectantia in istis pluteis asservantur, sciant: en catalogum codicum manuscriptorum, quantum mihi notitiae assequi licuerat, parvi sane momenti, si cum tota codd. msc. copia, quae bibliothecam istam ornat, contuleris. Ut enim alia quaédam levia omittam (A. 158. part. sup.; B. 29. 158. sup.; D. 219. inf., 99. sup.; E. 143. 148—150 sup.; F. 94. sup.; I. 94. sup.; N. 53. sup.; Q. 114. sup.; R. 98. 103. 108. sup.; S. 65. 99. 101. sup.), graviora haec sunt: Institt. Codd. tres (B. 26. inf. c. Vol. et cons. feud., C. 29. inf., D. 534. inf. c. Vol.) cfr. Prodromus l. c. p. 53. 60.; Dig. vet. (A. 256. inf.) saec. XIV.; Infort. (C. 251. inf.) saec. XIV.; Dig. nov. (A. 265. inf.) saec. XIV.; Cod. Just. codd. tres (A. 252. inf., B. 32. inf., D. 533. inf.) saec. XIV.; Voluminis codd. duo (B. 26. inf. c. Instit. et cons. feud., D. 534. inf. c. Inst.) saec. XIII et XIV.; Cod. Just. tres libri (E. 91. inf.) saec. XIII.; Lex rom. Visigothorum VIII, ut videtur, saeculi (C. 276 inf.); Legum Longob. codd. duo saec. circiter XI. (O. 53. 55. sup.) cfr. Savigny Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter (Heid.

adorno, corporis juris civilis editione petenti in manus inciderat, quae nunc publicae luci expositurus sum, habebat.

1816.) B. II. S. 231. ibique citt.; Odofredi lectur. in Dig. et Cod. (D. 86. sup.) cod. chartac. cfr. Savigny l. c. (1822.) B. III. p. 530. Quibus accedunt codd. quidam graeci: Basilicorum quaedam fragmenta sub rubrica: de Armeniis et de Falcidia (D. 138. inf.) cod. chart.; Matth. Blastaris syntagma (O. 260.) cod. chart.; Canones apostolorum (M. 15.); Κανων βασιλειων (D. 57.); Canones apostolorum, conciliorum, Magni Basilii et SS. Patrum cum interpretat. (E. 49.), cod. saec. circiter XII: cui annexae sunt a p. 184. usque ad finem Novellarum Just. graecarum partes quaedam, at ordine perturbato, fortasse collectio ecclesiastica: prima enim est Nov. 123., et quarta vel quinta Nov. 5. — Sic pro parte corrigenda sunt, quae cl. Spangenbergius Einleitung in das Röm.-Just. Rechtsbuch (Hannov. 1817.) p. 505. 533. 561. et J. L. G. Beckius in indicis codd. et edd. juris Just. Prodromo (Lips. 1823.) p. 9. e Montefalconio annotaverunt. — Fortasse alia quaedam juris romani anecdota bibliotheca Ambrosiana servat, quae vero ulterius persequi mihi non vacabat.

Continet enim codex C. 29. partis inferioris haecce:

1) Ciceronis de officiis libros tres;
2) Ciceronis orationes quatuor in L. Catilinam, pro M. Marcello, pro Q. Ligario, pro Rege Deiotaro, cum scholiis ad quartam Catilinariam et ad tres reliquas orationes; *
3) Justiniani Institutionum libros IV; **
4) Legis romanae Visigothorum partem, cum aliis, de quibus mox dicemus;
5) Rhythmum in assumptione virginis Mariae.

In Muratorii enim nov. thes. vett. inscr. (Med. 1740.) T. II. p. 580. est farrago constitutionum e Constantini tempore depromptarum, inter quas minima tantum pars cum C. Th. IX, 5. ad leg. Jul. Maj. c. 1. pr. et C. J. IX, 8. h. t. c. 3. conspirat. Codd. vero palimpsesti juridici argumenti, quantum ego quidem compertum habui, nulli extant.

* Jam Angelus Majus ex hoc codice scholia ad Ciceronis orationes anecdota ediderat. Vid. M. T. Ciceronis sex orationum partes — Recensuit A. Majus. Edit. alt. (Mediol. 1817.) p. 196—200. 228 sq.

** Descriptionem cum duobus aliis invenies in Prodromo corporis juris civilis l. c.

Jam, quae sub numero 4. continentur, accuratius exponenda sunt.

Primo sunt Gesta in Senatu urbis Romae anno 438 de recipiendo Theodosiano Codice in Occidente: quibus inest Constitutio Impp. Theodosii et Valentiniani anno 429 proposita de Theod. Codice faciendo;

Secundo Constitutio Imp. Valentiniani anno 443 promulgata de exemplaribus Theodosiani Codicis publica fide muniendis;

Tertio Index titulorum, qui e Theod. Codice in legem romanam Visigothorum migrarunt, cum novem rubricis novis inter quintam et sextam insertis;

Quarto Constitutio Theodosii et Valent. de Theod. Codicis auctoritate;

Quinto Lex romana Visigothorum cum interpretatione, usque ad Libri II. Tit. IV. de denunt. vel edit. rescr. c. 6. interpretationem. * —

---

* Desunt e libri I. titulo 2. de div. rescr. constitt. 7. 9. 10. cum interpr.; tituli 6. constitutionis un. de off. vic. interpretatio; tituli 7. de off. rect. prov. c. 2. 5. 7. c. interpr.; tit. 12. de off. c. 1. c. int.

At in primo libro septuaginta octo constitutiones adsunt, quas hactenus frustra ibi quaesiveris. Sunt autem ita dispositae:

a) Post I, 3. de mand. pr. duae constitutiones, ad titulum quartum de resp. prud. referendae;

b) Inter titulum quartum et quintum itidem duae constitt., ad titulum quintum referendae;

c) Post I, 5. de praef. praet. c. un. novem constitt., pariter titulo quinto adnumerandae;

d) Sequuntur quadraginta tres constitt., sub novem rubricis novis in indice adnotatis ponendae; quas excipiunt

e) Tituli VI et VII., quorum priorem sedecim, posteriorem sex constitt., ad unum alterumque titulum referendae, praecedunt.

f) Tandem sequitur lex romana Visigothorum a titulo octavo pura, usque ad Libri II. tit. 4. de denunt. vel edit. rescr. c. 6., ubi in verbis interpretationis „causam suam proponat et" codex sub finem folii subito abrumpitur.

Haec omnia, praeter ea, quae e lege romana Visigothorum jam dudum ad nos pervenerunt, inedita sunt.

Quum vero tum feriae autumnales bibliothecam clausam haberent, mihique, bibliotheca universitatis antistite orbata, cito in patriam revertendum fuisset, opportuniore tempore inventa accuratius investigare mihi proposui. Et quum domum me reverso nuntius de insigni Theodosiani Codicis genuini supplementi invento, quale subito omnibus apparuit, per totam Germaniam, immo ad exteros vulgaretur, * ac undique viri docti,

* Göttingische gel. Anz. 1821. p. 197. 249. 1823. p. 219. 224. — Leipziger Lit. Zeitung 1821. nro. 18. p. 140. — Allgemeines Repertorium von C. D. Beck. (Leipz. 1821.) B. I. St. 2. p. 155. 156.; (1822.) B. IV. St. 3. p. 236. — Hallische allg. Lit. Zeitung 1823. nro. 297. p. 638. — Thémis, ou bibliothèque du Jurisconsulte. T. III. (Paris 1821.) p. 185 — 187. 283. 373. 386. 474 — 476.; T. IV. (1822.) p. 96.; T. V. (1823.) p. 119. 332. — Berriat St. Prix histoire du droit rom. (Paris 1821.) p. 108. 119. — (Blondeau, Du Caurroy, Jourdan) Ecloga juris civilis (Par. 1822.) Part. I. p. 16. 17. — Falck Juristische Encyclopaedie (Kiel 1821.) p. VIII. 332. — Gibbon Précis de l'histoire du droit romain. Trad. par Guizot. Revu par Warnkoenig. (Liége 1821.)

praeprimis vero Jctorum aquilae, Christianus Theophilus Hauboldus, G. Hugo et C. F. de Savigny cum praeceptore, nunc collega, carissimo E. Schradero, litteris humanissimis instanter a me flagitarent, ut, quae incepissem, perficerem, vere sequenti ab Augustissimo Rege Nostro, Guilielmo, litterarum fautore munificentissimo, liberalissime adjutus mense Martio Tubinga profectus dies XXVI—XXXI. h. m. in describendo codice transegi.

---

p. 162. Hauboldi Instit. iuris rom. priv. hist.-dog. epitome (Lips. 1821.) p. V. VI. 27. — Hauboldi Praetermissorum inprimis ad Breviar. Alaric. pertinentium Promulsis I. (Lips. 1822.) p. 3. 4. — Hugo Lehrbuch der Geschichte des Röm. Rechts (Aufl. 8. Gött. 1822.) p. VIII. XXIX. 12. 33. 650. 716. 717. 722. 723. 725. 727. 728. 732. 762. — Hugo Lehrbuch der jurist. Encyclopädie (Ausg. 7. Berl. 1823.) p. 138. 222. 270. 272. — Mackeldey Lehrbuch des heutigen Röm. Rechts (Aufl. 4. Giessen 1822.) p. 59. 60. 62. 63.; (Aufl. 5. 1823.) p. 66. 69. — Prodromus corporis juris civ. p. 53. 279. 282. 288. 290. — G. F. Puchta civilistische Abhandlungen (Leipz. u. Berl. 1823.) p. 171. 172. — Schweppe Röm. Rechtsgeschichte (Gött. 1822.) p. 95. 97.

Utque semper dulce est, accepta beneficia recordari, temperare mihi non possum, quin nominem viros, qui bene de me meoque proposito meruerunt, iisque publicum grati animi mei ponam monumentum: Cajetanum Cattaneo, musei numismatici Mediolanensis directorem meritissimum, virum artis antiquariae peritissimum scriptisque celeberrimum, qui mihi, cum primum Mediolanum inter ferias venissem, pro summa sua humanitate litterarumque studio aditum bibliothecae aliquantum temporis patefaceret; collegii Ambrosiani doctores summe reverendos: Petrum Cighera, bibliothecae Praefectum, die XXII. Julii anni elapsi ad beatam vitam transgressum, cujus, cum esset modestissimus, manes offenderem publico virtutum, quae in eo exsplendescebant, elogio, nec non Petrum Mazzuchelli, Vice-Praefectum, virum vastae eruditionis, Flavii Cresconii Corippi *Joanneidis*, seu *de bellis libycis duce quodam Joanne* inventorem sagacissimum, et Franciscum Bentivoglio, Ciceronis editorem doctissimum, cujus summam eruditionem an comitatem incomparabilem magis admireris, nescias; denique Hiero-

nymum meum Mancini, bibliothecae Custodem, virum juvenem ingenii acumine, eruditione ac morum suavitate, qua sibi omnium animos devincit, conspicuum, mihi quoque carissimum, quocum commercio nunc frui epistolico mihi gratulor.

Jam de codicis habitu exteriore, praecipue quantum ad Theodosiani Codicis fragmenta spectat, descriptionem accuratam praestabo.

Codex est formae quadratae mediae, corio fusco indutus, in membrana scriptus laevigatissima, satis valida, parum lurida, nullis scissuris aliisque vulneribus affectus. Foliorum fasciculi viginti et unus ita distributi sunt, ut priores septemdecim constent foliis octonis, decimus octavus et nonus quaternis, vicesimus octo, et vicesimus primus sex foliis (duo enim folia primo folio conjuncta et quarto hujus fasciculi excisa sunt). Tres ultimi fasciculi ea, quae nos tractamus, continent, sedecim tantum folia occupantia: namque ultima duo folia rhythmum aliaque deinde indicanda te-

nent. Numeri foliorum nulli adsunt; nulli librorum numeri summis foliis inscripti; nullae titulorum rubricae (exceptâ unâ lib. 2. tit. 3.); nulla §§orum signa; nulli custodes. Singulae paginae in duas columnas divisae (Ciceronis opera in unam), quarum quaelibet triginta octo usque ad quadraginta versus continet *: intercolumnium, margines ac singuli versus lineis stylo impressis distincti sunt. Margines satis lati, nullaeque eis notae adspersae. Signaturae antiquae, at ita, ut ab Institutionibus nova numeratio incipiat. Litterae initiales inscriptionum, constitutionum ipsarum earumque interpretationum sunt rubri coloris, interdum tamen a miniante plane omissae. ** In indice litterae initiales usque ad libri noni rubricam decimam octavam aeque rubro colore distinctae sunt, postea omnino deficiunt.

---

* In folii octavi pagina secunda, columna secunda, quae in constitutione *de Theod. Cod. auctoritate* desinit, e triginta novem lineis triginta vacuae sunt.

** Sic pag. 34. 36. 40. 42. 46. 48. 62. 68. 70. 72. 86.

Nullae imagines aliave ornamenta atque insignia: Gesta tantum senatus et libri I. titul. I. c. un. littera altiori rubra incipiunt. Post finem libri primi adjecta est formula: *Explicit.* Inscriptiones modo proprio versu incipiunt, modo cum subscriptione praecedentis constitutionis conjunctae. Scriptus est codex litteris minutis, aequalibus, non inelegantibus, atramento satis pallido, paucis rasuris vel correcturis affectus, ut ubique diligentia librarii appareat. Una manus per codicem regnare videtur, etsi litterae modo paulo majores sint, modo minores. Si qua vox in fine versus abrumpitur, id ibi lineola transversa indicatur. Scribendi compendia satis multa. Ex interpunctionibus occurrunt ″ . ˘: ; .c ₔ .

Quae de aetate codicis dicendum habeo, pauca sunt. Est enim mihi persuasissimum, multa experientia edocto, eum litteris, quos vocant, longobardicis minusculis exaratum, et characterem gothicum saeculi decimi tertii minime adhuc prae se ferentem circa medium saeculum duodecimum scriptum fuisse. Specimen

scripturae lapidi incisum et libelli calci adjectum id optime demonstrabit: quod debeo amicitiae Friderici Bluhmii, Professoris Halensis, juvenilem suam aetatem meritis et fama, at quantum! superantis, qui vere anni 1821. Mediolani aliquantum temporis commorans accuratissimum sumpsit scripturae codicis exemplum. Conspirant, quae in penultimi folii pagina secunda, recentiori aperte manu, rhythmo subscripta sunt: *hanc prosam attuli de mōt* (monte) *agut* * *in fest'. s̄. Katine* (in festo

---

* Montem *Agut* in Geographis frustra quaesivi. Magnificus vero universitatis nostrae Cancellarius, de Autenrieth, Geographus instar omnium, autumat, esse locum *Aguntum* (quem alii putant esse oppidulum *Inichen* sive *Doblach*, in comitatu Tirolis, alii oppidum juxta Oltri, in ditione olim Venetorum), cujus jam mentionem faciunt Plinius (hist. nat. Lib. III. c. 24.), Ptolomaeus (Geogr. L. II. c. 14.), Paulus Diaconus de gestis Langobard. Lib. II. c. 13. (Muratorii rer. it. script. Mediol. 1723. fol. T. I. p. 431.), et Fortunatus in vita

sanctae Catharinae) *an̄o MCCXIV ab sc'n't' dn̄i* (ab sancta nativitate domini). Saepius tamen litterae unciales, praesertim nominum, conspiciuntur. — Quod ad integritatem codicis attinet, quamvis mirum in modum, immo in verbo „et“ abruptus, non tamen est, quod dubites, quin totus ad nos pervenerit, quum duo ultima folia alia contineant, nisi forte folium quarto antea conjunctum, nunc, ut pag. XVII. dixi,

---

S. Martini Lib. IV. v. 646. (Magnâ bibliothecâ veterum patrum. Col. Agr. 1618. f. T. VI. P. II. p. 401.) E Fortunato enim patet, *Aguntum* in monte situm fuisse:

Per Dravum itur iter, qua se castella supinant,
Hic *montana* sedens in *colle* superbit *Aguntus*.

Vide Bruzen la Martiniere Atlas (Leipz. 1774. f.) v. *Aguntum*, et Mannert Geographie der Griechen und Römer (Nürnb. 1792.) Theil III. p. 729.

Quam conjecturam codex noster quodammodo confirmat, si antea *Agūt* (Agunt) scriptum fuisse posueris.

excisum, adhuc legem romanam Visigothorum occupasse credideris. Prima enim folii penultimi pagina vacua est, secundam et ultimi folii paginam primam rhythmus tenet, secunda vera variis scripturis repleta est, quibus librarii calamum exercere solebant, inter quas vero in extrema parte sic diligenter ac distincte scripta sunt verba: *emptus a Juliano l'*, (liber), ut ad codicem referenda videantur.

Ac ne nihil, quod de codice sciam, praetermittatur, addo quoque, duo folia toti codici praefixa esse, in quarum posterioris pagina secunda haec manu recenti leguntur: *Cic. de officiis. Ejsd. in Catil. orationes pro M. Marcello, Ligario et Deiotaro. item Imp. Just. Institut. Rithmus in assumptione Mariae virginis. Hic codex duplici constat charactere, quorum primus, quo Ciceronis opera scripta sunt, est antiquissimus. Emptus Mediolani jussu Ill.mi Cardinalis Frederici Borrh. Ambros.ae biblioth. fundatoris.*

Quae de exteriore codicis habitu dicta sufficiant. Nunc paucis afferam, mem-

branas istas Theodosiani Codicis fragmenta continere. Ut enim taceam, omnes verum principalium constitutionum colorem prae se ferre et antiqui juris praecepta tractare, duo sunt praecipue ad sententiam hanc fulciendam argumenta. *Primum* rubricarum VI—XIV, cum iis, quae Justinianei Codicis libro primo titulis XXVIII—XXXIII, XXXV—XXXVII insunt, mirus consensus, ex quo facile conjeceris, has e Theodosiano Codice desumptas esse. *Secundum*, idque gravissimum praesidium, quod viginti et septem constitutiones in Justinianeo Codice, quae, e Theodosiano depromptae, in illo solo hucusque reperibantur, cum membranis nostris conspirant. Sunt enim hae:

C. J. I, 26. de off. praef. praet. c. 3. Vid. Cod. noster I, 5. de off. praef. praet. c. 8.

ibid. c. 4. Vid. C. n. l. c. c. 9.

ibid. c. 5. Vid. C. n. l. c. c. 12.

I, 28. de off. praef. urb. c. 1. Vid. C. n. I, 6. de off. praef. urb. c. 5.

ibid. c. 3. Vid. C. n. l. c. c. 7.

——— 5. Vid. C. n. l. c. c. 12.

I, 29. de off. mag. mil. c. 2. Vid. C. n. I, 7. de off. mag. milit. c. 4.

I, 30. de off. quaest. c. 1. Vid. C. n. I, 8. de off quaest. c. 2.

ibid. c. 2. Vid. C. n. l. c. c. 3.

I, 31. de off. mag. off. c. 1. Vid. C. n. I, 9. de off. mag. off. c. 1.

ibid c. 2. Vid. C. n. l. c. c. 2.

I, 32. de off. com. sacr. larg. c. un. Vid. C. n. I, 10. de off com. sacr. larg. c. 7.

I, 34. de off. sacri pal. c. 1. Vid. C. n. I, 11. de off. com. rei priv. c. 1.

I, 35. de off. proc. et leg. c, un. Vid. C. n. I, 12. de off. proc. et leg. c. 3.

ibid. post c. un. Vid. C. n. l. c. c. 5.

I, 37. de off. praef. aug. c. 2. Vid. C. n. I, 14. de off. praef. aug. c. 2.

I, 38. de off. vic. c. 1. Vid. C. n. I, 15. de off. vic. c. 7.

ibid. c. 2. Vid. C. n. l. c. c. 8.

I, 40. de off. rect prov. c. 2. Vid. C. n. I, 16. de off. rect. prov. c 4.

ibid. c. 3. Vid. C. n. l. c. c. 6.

VII, 62 de appell. c. 23. Vid. C. n. I, 6. de off. praef. urb. c. 1.

IX, 29. de crim. sacril. c. 3. Vid. C. n. l. c. c. 9.

XII, 56. de app. proc. et leg. c. 1. Vid. C. n. I, 12. de off. proc. et leg. c. 4.

ibid. c. 2. Vid. C. n. l. c. c. 6.

——— 3. Vid. C. n. l. c. c. 7.

XII, 57. de app. com. or. c. un. Vid. C. n. I, 13. de off. com. or. c. un.

XII, 59. de app. praef. ann. c. 1. Vid. C. n. I, 6. de off. praef. urb. c. 7.

Cui accedit, quod in constitutione Valentiniani III. (C. Th. I, 4. de resp. prud. c. un.) constitutiones de notis Pauli ac Ulpiani in Papinianum abolendis, ac de praecipua Pauli auctoritate citatae et usque adhuc desideratae in membranis nostris revera adsunt (Cod. n. I, 4. de resp. prud. c. 1. 2).

Quae quum ita se habeant, nulla, uti mihi quidem videtur, dubitatio oriri potest, quin membranae nostrae Theodosiani Codicis fragmenta contineant. Verum alia quaestio est, num e lege romana Visigothorum integriori, an e Theodosiano Codice ipso genuino manaverint. Quanquam enim inter viros doctos sit contro-

versia, * num legis romanae libri integri ad nos pervenerint, persuasum tamen mihi habeo, codicem nostrum ad legem romanam integriorem non pertinere, sed ad Theodosianum ipsum Codicem genuinum, cujus librum quidem primum pleniorem librarius pro se habebat, ita, ut legem romanam, quam scribere volebat, cum istis locis locupletaret. Quî enim fieri poterat, (ut taceam, omnes hos novos titulos ad magistratuum genera spectare, quae Visigothis parum frugi erant), ut omnes istae constitutiones interpretatione carerent, vel ut ne minimum earum in codice extaret vestigium, caeteris, si paucas exceperis (vid. p. XII. not.), extantibus?

Cui opinioni alia quoque favent: *Primo*, ut p. 20 et 34. monui, in indice eae rubricae, quae novas constitutiones continent, paulo retractae sunt,

---

* Hugo Civilistisches Magazin (Gött. 1797.) B. 2. S. 264 sqq. Ejsd. Rechtsgeschichte, Ausgabe 8. (Berl. 1822.), p. 732. — Savigny Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter. B. 2. S. 46 sqq.

et in contextu ipso, ubi constitutiones hae incipiunt, spatium duarum linearum vacuum relictum est, quo facile intelligi potest, librarium ipsum eas a lege romana distinguere voluisse. *Deinde* index ipse operi praemissus maximam in partem cum indice lege romana contento conspirat, et quidem, paucis exceptis, cum eo, quem Sichardus in unica legis romanae editione dedit. * Quae enim a Sichardo dissentiunt, haec sunt: Libri IV. rubrica 13. de longi temp. praescr., et lib. V. rubr. 5. de postlim. in codice nostro deficiunt. Contra adsunt: lib VI. rubr. 3. de praed. senat., libri XVI. rubrica 1. de fide cath., 3. de monach., 4. de his, qui super relig., 5. de haeret., 6. ne sanct. bapt., 8. de jud., 10. de pag. et tres novae rubricae: una in libro VI. *de senatoria dignitate*, quam primam an secundam h. l., utramque a Gothofredo ex ingenio restitutam, fuisse dubito, ** et duae alterae post libri XVI. finem:

* Codicis Theodos. Libri XVI. Basil. 1528. fol.

** P. 22. primam fuisse haud dubitanter

De his qui fames (ex correct. *famis*) *tempore sunt collecti;*

et:

De his qui pro paschali festivitate de carceribus educuntur, *

quarum nullum alibi reperi vestigium.

Quare ea mihi sedet sententia: librarium legem romanam quidem Visigothorum scribere voluisse, at e Theodosiano Codice genuino, quem coram se habebat, desumptis quibusdam titulis locupletasse.

Restat, ut de proposito, quod in adornanda editione secutus sum, rationem reddam.

In quo exemplar mihi sumpsi Ulpiani editionem (Edit. IV. Berol. 1822.) a Jcto Gottingensi, quem ob nominis gloriam nominare facile supersedere possum, et Gaji (Berol. 1820.) a Goeschenio, item nunc Gottingam ornante, curatam. Textum duplicem dedi: unum, qualem sistit

---

significavi, quod fere hoc loco non tam firme contenderim.

* Cui respondent C. Th. IX, 3. de custod. reor. c. 7., et C. J. I, 4. de episc. aud. c. 9.

codex, alterum, qualem ego, virorum doctorum auxilio adjutus, restitui. Eorum vero, quae e lege romana pervenerunt, variantes tantum dedi lectiones et quidem textum rubricarumque indicem cum Hugonis Jure Antejustinianeo (Berol. 1815.), interpretationem vero cum Gothofredi editione (Lips. 1736—45.) collatam, ita ut pagina sinistra codicis, dextra vero collatarum editionum lectiones contineat. In indice id tantum monere volo, in iis rubricis tantum, quae adsunt, collationem cum Hugonis editione (T. II. p. 1564 sqq.) me instituisse: quae enim omnino adsunt vel deficiunt rubricae, supra (p. XXVI.) indicavi.

Qua in re haec signa adhibui: uncis [] inclusa sunt, quae in codice plane superflua videntur. Typis, quos vocant, cursivis impressa, quae in codice non extant, sed ad juvandum rectum sensum inserta sunt. *Asteriscus** verbo praepositus significat, in codice lectionem quidem adesse, at corruptam. Plures asterisci *** lacunam codicis significant. Manifesta vero librarii vitia sine asterisco apposito correxi, sic: cognocio (cogn*it*io), nomo

(*nemo*), pert*e*nere (pert*i*nere), coilibet (c*u*ilibet), posse*d* (posse*t*), velu*d* (velu*t*), referen*d*ibus (referen*t*ibus), ab*c*ondant (ab*s*condant), querel*l*arum (quere*l*arum), icirco (i*d*circo), ex*p*ectabilis (ex*s*pectabilis), audit*u*rio (audit*o*rio), prae*t*uriani, praet*u*rio (praet*o*riani, praet*o*rio), coram (c*u*ram), appar*a*cionem (appar*i*tionem), cons*u*bus (consu*l*ibus), onsulibus (*c*onsulibus), acceptos (accept*u*s), jub*i*at (jub*e*at), codi*n*is (codi*c*is), const*u*tio (const*it*utio), simpl*c*ius (simpl*i*cius), di*t*um (di*c*tum), codi*e*es (codi*c*es), prince*s* (prince*p*s), aur*i*liano (aur*e*liano), com*em* (com*it*em), negle*t*u (negle*c*tu), *c*rinio (*s*crinio), se*g*reta (se*c*reta), A*ff*rica (A*f*rica), *d*i (*s*i), *i*niversa (*u*niversa), brthrniam (bithyniam), aliaque, quibus praecipue inscriptiones atque subscriptiones scatent, vitia. Non aliter egi in iis verbis, quibus per geminationem mederi poteram, v. c.: a*p*aritorum, a*p*aritionem, a*p*ellationes, a*s*ercione, a*s*umat, co*m*overe, a*m*overi, consu*m*acionem a*f*lictos.

Librorum divisiones eae sunt legis romanae, pariter ac titulorum, quatenus

hanc spectant; novae autem constitutiones sub eas rubricas distributae, quae in indice indicatae sunt. Rubricarum constitutionumque numeri noviter distincti sunt, at ita, ut qui legi romanae adhaerent, parenthesi inclusi sint. Singulorum versuum numeros ex consulto omisi, ut una tantum cum caeteris Theodosiani Codicis libris adhiberi possit modus allegandi: aeque ac paragraphorum signa Theodosii tempore vix usurpata. Exterior tantum margo numeris latinis codicis paginas a nostrorum fragmentorum principio numeratas demonstrat, quibus semper addidi, num sit paginae columna prima, an secunda. In contextu ipso binae lineolae perpendiculatae (||) paginae cujusque initium indicant. Ubi textus non integer, sed lectiones tantum variantes exhibitae sunt, verba paginae initialia in iis locis, ubi nulla varians lectio erat, numeris marginalibus ipsis adjeci. — Quod ad singulorum versuum divisiones attinet, ego quidem ingenue fateor, multo usu edoctus, in codice tam parum venerandae aetatis, ubi verba non litteris uncialibus

et uno tenore, sed singula quaeque verba jam separatim scripta sunt, parum frugi mihi visas esse; at, ut voto plurium virorum doctorum satisfacerem, in adpendice supplevi, ita, ut lineolae perpendiculatae post singula verba adjectae cujusque paginae versus indicant. In Gestis tantum urbisRomae et constitutione ad Constitutionarios versuum divisiones in contextu ipso indicare potui, quippe quum haec folia alia ex causa denuo excudenda curaverim.

Quod ad grammaticen attinet, in re tam dubia, ubi, quomodo Theodosii Valentinianique temporibus scribere soliti fuerint, omnibus fere subsidiis absentibus, neutiquam erui potest, veteresque fortasse ipsi variaverint, id praecipue egi, ut, vitatis grammaticis subtilitatibus, codicis exemplum, quantum fieri poterat, sequerer.

Quare scripsi: i*n*lust*ris*, i*n*lust*er*, i*ll*u-st*ris*, i*ll*ust*er*,* aliqua*n*diu, conte*mp*tu, mul-

---

* In Gestis tantum senatus urbis Romae, ut constantia in eodem sermone servaretur, semper *ill.* scripsi.

ta, mul*t*etur, quotie*ns*, i*n*latam, i*n*repserint, i*n*latione, co*n*laudandi, so*l*ennitate, so*ll*ennitate, ad*s*istant, a*d*tributos, a*pp*aritorum, etc. Tum tantum codicis scripturam mutavi, cum secundum commuuem nostrae aetatis usum plane insolita mihi visa est, sic scripsi: ad*ii*cere, au*c*toritatem, i*m*pressa, i*m*punita, co*m*pellant, ni*h*il, negl*i*gentia, co*m*petentium, pro: ad*i*cere, au*t*oritatem, i*n*pressa, *in*punita, co*n*pellant, ni*c*hil, negl*e*gentia, co*n*petentium etc. Alia deinde, quae pro orthographia illius temporis librarii sequi solebant, tacite semper correxi: sic saepissime codex exhibet lit. *e* pro *ae*, v. c. h*e*c, etern*e*, sacr*e* m*ee* qu*e* etc., sive pro *ae*, v. c. h*ee*, sive pro *oe*, v. c. c*e*pta, p*e*na; lit. c pro *t*, v. c. pruden*c*ium, licen*c*iam, confec*c*ionem, rela*c*iones etc.; lit. *f* pro *ph*, v. c *f*rigiam, pam*f*lagoniam; lit. *h* saepe omissa est, v. c eu*t*iciano, *e*rmogeni, *e*lioni, *i*ppacio, *t*eodosiano, *e*rmogeniani, ad*i*beant, sc*o*lae, post*ac*, c*l*amidis, ex*i*buerint, per*i*betur; vel adjecta, sic: co*h*ercitionem, *h*ac, *h*abunde, et*h*iam, *h*ii.

In scribendi compendiis, quibus codex

***

noster pro aetatis suae genio refertus est, observavi regulam, ut in codicis exemplo omnia ea compendia, in quibus explicandis minima tantum dubitatio oriri poterat, fideliter significarem, ea vero, quae sole clariora nemo non noscit, ad Gaii editoris exemplum (vid. Gaji praef. p. XLIX.) integris exprimerem litteris. Quivis enim, qui jam multos illius aetatis codices tractavit, intelliget, scripturae compendiis eos inundatos esse, et ita, ut singula quaeque signa easdem fere atque indubitatas litteras exprimant. Quid itaque profuisset, si omnia haec plane solita scripturae compendia reddidissem? Quanto sumptu et labore omnia haec typis exprimenda fuissent?

Annotationes adpendicis loco addidi duplices. In prioribus, quibus siglas L. P. = *Loca Parallela* praefixi, id egi, ut Theodosiani inprimis atque Justinianei Codicis constitutiones, aliaque, quae similis erant argumenti, et ad illustrandam materiam conferre putabam, allegarem. Ea vero Justinianei Codicis loca, quae cum codice nostro conspirant (vide pag.

XXIII sq.), integra ex editione Gebauero-Spangenbergiana (Gotting. 1797.) dedi, ut, si in singulis codex noster plenior est, id cruce (†), si Justinianeus Codex, litteris cursivis indicaverim, atque, si uterque quidem textus inter se discrepat, at in notis Spangenbergii lectiones variantes cum codice nostro consentiunt, has parenthesi incluserim.

In altero genere annotationum, quas numeris distinxi, ut pateret, ad quae textus verba referrentur, id propositum habui, ut causas indicarem, si vel a codicis lectione recedendum putabam, vel lectionem suspectam retinebam; deinde, ut meas virorumque doctorum conjecturas significarem, quas tamen in contextum recipere aliis ex causis haud audebam; denique, ut omnia ea praestarem, quae omnino ad textum emaculandum necessaria videbantur. Inprimis multa, ut in codicibus adsolet, inscriptionum atque subscriptionum vitia chronologica correxi atque in notis illustravi.

Haec sunt, quae de codicis habitu, atque de consilio, quod in edendo eo secutus

sum, dicenda putavi. Multa adiicere possem de fructibus, quos inde juri antiquo redundaturos esse spero, nisi nefas ducerem, thesauro diutius, me interim aliis negotiis distracto, viros doctos privare. Quivis enim, qui fragmenta haec vel leviter tantum perlustraverit, persuasum se habebit, diversorum magistratuum genera, quae in titulis novis tractata sunt, multis in officiorum partibus novam lucem accipere, praeprimis vero Gesta senatus ac constitutionem ad Constitutionarios insignes ad historiam juris et chronologiam praebere accessiones, immo rubricarum indicem vestigia continere novorum, ut videtur, deperditorum juris fontium. Quae omnia alios majoris sane ingenii, doctrinae, famaeque viros, ut est aetatis nostrae ingenuus ardor, nova semper perscrutandi, propediem illustratura esse enixe opto atque spero. * Id solum rogo, ut periti lecto-

* Jam ill. Hugo aliique in libris pag. XIV sq. laudatis plura notaverunt, quae ex hoc invento nova redundant: sic, ut alia omittam, Constitutionariorum

res difficultates, quae in primis codicum editionibus superandae semper sunt, aeque reputantes, ea, quae vituperanda vel desideranda sunt, benevole excusent; si quid vero meritum forte sit editioni tribuendum, lubenter fateor, id non mihi soli esse imputandum. Multa enim debeo consiliis atque auxiliis Hugonis et Caroli Frid. de Savigny, multa conjunctissimorum collegarum E. Schraderi et Theophili Lucae Friderici Tafelii, qui cum aliis viris doctis, Philippo Buttmanno, Clemente Augusto Klenzio et Friderico Wilkenio, Professoribus Berolinensibus celeberrimis, Guilielmo Henrico Bardili, Diacono Uracensi, Cornelii Nepotis editore eruditissimo, ac Christiano Nathan. Osian-

---

officium antehac plane incognitum; Theodosii consilium, ut videtur, imperfectum, simile quid Digestorum opus componendi; Valentiniani III. annum nuptialem huc usque dubium, nunc in annum 437 relatum; constitutiones duas, quae ad constitutionem Valentiniani III. (C. Th. I, 4. de resp. prud. c. un.) spectant, etc.

dro, ill. Gymnasii Stuttgartiensis Professore dignissimo ingeniosissimas suas conjecturas criticas, partim a me in notas, partim in adpendicem receptas, pro sua erga me benevolentia atque amicitia communicare haud detrectaverunt. Grato quoque animo laudanda est comitas ornatissimi juvenis, Georgii Leonardi Holzingeri, Dirgenheimensis, inter academiae nostrae alumnos diligentia ac morum probitate conspicui, qui me in labore ingrato, ut editio, quantum fieri poterat, vitiis typographicis purgaretur, accuratissime adjuvit.

Scribebam in Universitate litterarum Tubingensi, mense Martio, A. C. CIƆIƆCCCXXIV.

CONSPECTUS

EORUM,

QUAE HOC LIBELLO CONTINENTUR.

FRAGMENTA
THEODOSIANI CODICIS.

---

p. I. col. 1. || *Dn̄o. Filio.| Theodosio.| aug. et aonici.| achillio. Glab|rioni. fausto.| v̄c. onsulibus;| anicius. achillius. Glabrio. faustus| vc̄. et illustris*[a] *tercio exprefecto.| urbis praefectus praeturio et consul ordi|narius in domo sua. quae est ad palmam.| FL. paulus. vicr. et illuster. urbis| pref. Iunius. Pomponius. Publi|anus. vir expectabilis. vicarius| urbis eterne proceres amplissimusque| ordo senatus dum convenissent| habuissentque inter se aliquandiu trac|tatum. ibi in.* g[b] *ingressis ex praecepto a|nastasio et marcio constitucionariis| anicius. achillius glabrio. faustus vicarius| et illuster. tercio expraefecto urbi pre|fectus p̆torio. et consul ordinarius| dixit. aeternorum principum felitas eo| usque procedit augmentum ut ornamentis| pacis instruat quos bellorum sorte de|fendit. Proximo superiore an̄o cum| felicissimam sacrotum omnium conjunc|cionem pro devocione comittare per|actis feliter nupciis. Hanc quoque or|bi suo sacratissimus princeps dn̄s noster the|odosius. adicere voluit dignitatem.| ut in*

a Syllaba *ris* erasa est.

b Lacuna quatuor circiter literarum, in qua hae tres erasae conspiciuntur.

Domino *Flavio Theodosio Augusto et *Anicio *Acilio Glabrione Fausto[1], V.C., Consulibus, Anicius *Acilius Glabrio Faustus, V.C. et illuster, tertio expraefecto urbis, praefectus praetorio et consul ordinarius, in domo sua, quae est ad palmam F£.[2], Paulus, *V.*C.[3] et illuster, urbis praefectus, Junius Pomponius Publianus[4], vir [ex]spectabilis, vicarius urbis aeternae, proceres, amplissimusque ordo senatus dum convenissent, habuissentque inter se aliquandiu tractatum, ibi ingressis ex praecepto Anastasio et Martio, constitutionariis, Anicius *Acilius Glabrio Faustus, *V. *C. et illuster, tertio expraefecto urbis[5], praefectus praetorio et consul ordinarius dixit: aeternorum principum *felicitas eo usque procedit augmentum[6], ut ornamentis pacis instruat, quos bellorum sorte defendit. Proximo superiore anno, cum felicissimam sacrorum omnium conjunctionem pro devotione *comitaremur[7], peractis *feliciter nuptiis, hanc quoque orbi suo sacratissimus princeps, dominus noster Theodosius, adjicere voluit dignitatem, ut, in

unum collectis legum praecepcionibus| sequenda per orbem sub decim librorum| compendio quos sacratissimo suo| nomine voluit consecrari consti|tui juberet. Quam rem eternus prin|ceps dn̄s noster valentinianus devocione|| socii affectum. filii conprobavit. adclama|tum est nove diserte. vere diserte. a|nicius. achillius. Glabrio. faustus. ūc. et| inluster. tercio. exp̄fecto urbi ppo. et| consul ordinarius dixit. vocatis igitur me| et int. viro illius temporis orientis p|fecto singulos[a] *codices sua nobis manu| divina tradi jussit per orbem sui cum| reverencia dirigendos. ita ut inter pri|ma vestra sublimitas nocioni provisionem| suam sacratissimus princeps juberet of|ferri. In manu est acceptos codex utri|usque principis percepcione directus. Consti|tucionarii. praesentes sunt. si placet am|plitudini vestrae has ipsas leges quibus hoc| idem fieri jusserunt amplitudo vestra| relegi sibi jubiat ut consultissimis ae|ternorum principum praeceptis consentanea| devocione pareamus. adclamatum est.| aequum est placet. placet. anichius.| achillius. Glabrio. faustus. ūc. et inlust.| tercio expraefecto. urbi. praefectus ppo. et colle|c̄ ordinarius legit ex codice teodosiano.| libro primo sub titulo de constitucionibus| principum*

p. I. col. 2.

a Antea *singulis.*

unum collectis legum praeceptionibus, sequenda per orbem *sedecim librorum compendio, quos sacratissimo suo nomine voluit consecrari, constitui juberet. Quam rem aeternus princeps, dominus noster Valentinianus, devotione socii, *affectu filii comprobavit. Adclamatum est: nove diserte, vere diserte. Anicius *Acilius Glabrio Faustus, V.C. et illuster[8], tertio expraefecto urbis, praefectus praetorio et consul ordinarius dixit: vocatis igitur me et illustri viro, illius temporis orientis praefecto, singulos codices sua nobis manu divina tradi jussit per orbem sui cum reverentia dirigendos, ita, ut inter prima *vestrae *sublimitatis notioni provisionem suam sacratissimus princeps juberet offerri. In manu est acceptus codex, utriusque principis *praeceptione directus. Constitutionarii praesentes sunt: si placet amplitudini vestrae, has ipsas leges, quibus hoc idem fieri jusserunt, amplitudo vestra relegi sibi jubeat, ut consultissimis aeternorum principum praeceptis consentanea devocione pareamus. Adclamatum est: aequum est, placet, placet. *Anicius *Acilius Glabrio Faustus, V.C. et illuster, tertio expraefecto urbis, praefectus praetorio et *consul[9] ordinarius legit ex codice Theodosiano, libro primo sub titulo de constitutionibus principum

et edictis. D̉D̉. N̉N̉. Inpr̉ theoδo| et valentinianus. aa̍. ad senatum; ad simi|litudinem gregoriani atque ermogeni|ani. codinis cunctas colligi constitu|ciones decernimus quas constantinus| inclitus et post eum divi principes. Nosque| tulimus edictorum viribus aut sacra gene|ralitate subnixas. et primum tituli| que negociorum sunt certa vocabula| separandi ita sunt. ut si capitulis| diversis expressis ad plures titulos cōs|tucio una ptinat qđ ubique aptum| est collocetur [a] *de inqδ in utramque| dici partem faciet varietas lectionum| probatur ordine.*

p. II. col. 1. *Non solum reputatis|| consubus et tempore quesito imperii sed ipsius| ethiac composicione opis validiora esse. que| sunt posteriora monstrantes. Post hec ut| constitucionum ipsa ethia verba quae ad rem| pertinent reserventur. praetermissis illis que| sancciende rei non ex ipsa necessitate ad|juncta sunt. sed cum simplcius justiusque sit| praetermissis eis quas posteriores infirmant| explicari solas quas ueadere conveniet;| Nunc quidem codicem et priores diligencioribus| compositis cognoscamus. Quorum scolasti^c^e te in|tencioni tribuitur. nosse ethiā illa quem| a data silencio in desuetudine ambuert.| pro sui tantum temporis negociis valitura;| Ex his autem tribus codicibus*

---

a Antea *collecetur.*

et edictis: Domini Nostri Impp. Theodosius et Valentinianus AA. ad Senatum. Ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis cunctas colligi constitutiones decernimus, quas Constantinus inclytus, et post eum divi principes nosque tulimus edictorum viribus aut sacra generalitate subnixas: et primum tituli, quae negotiorum sunt certa vocabula, separandi ita sunt, ut, si capitulis diversis expressis ad plures titulos constitutio una *pertineat, quod ubique aptum est, collocetur; dein, quod in utramque dici partem faciet varietas, lectionum *probetur ordine, non solum reputatis *consulibus et tempore quaesito imperii, sed ipsius etiam compositione operis, validiora esse, quae sunt posteriora, *monstrante; post haec, ut constitutionum ipsa etiam verba, quae ad rem pertinent, reserventur, praetermissis illis, quae sanciendae rei non ex ipsa necessitate adjuncta sunt. Sed cum simplicius justiusque sit, praetermissis eis, quas posteriores infirmant, explicari solas,quas *valere[10] conveniet: *hunc quidem codicem et priores diligentioribus *compositos cognoscamus, quorum scholasticae intentioni tribuitur, nosse etiam illa, *quae *mandata silentio in *desuetudinem *abierunt, pro sui tantum temporis negotiis valitura. Ex his autem tribus codicibus

et per singulos cohe|rentibus prudencium tractat cibus. et res|ponsis eo~dem ordinabũt. Nĩe erit alius| qui nullum errorum. nullas pacietur ambages qui| nostro nomine nuncupatur. Sequenda omnibus| vitandaque monstrabit ad tanti consumaci|onem operis et contexendos codices. Quorum| primus omni generalium constitucionum diversita|te exclusa. nullaque extra se quam iam pro ferrî liceat. praetermissa inanem ver|borum copiã recusabit. alter omni iurĩs| diversitate exclusa magisterium vitae suscipi|et eligendi viri sunt. Singularis fidei lima|cionis ingenii qui cum primum codicem nam escie|cie et publice auctoritati obtulerit.[a] *adgredi|entur alium donec digno sedicione fuerint| pertractandum. electos vestra conplitudo cognoscat.| anthiocum virum inlustrem exquaestore et praefecto e|legimus anthiocum virum int quaestorem sacri palacii| Teodorum virum spectabilem comitem et magistrum| ~~milicie~~ memorie. eudicium et eusebium viros| expectabiles magistros scriniorum johem vir̃.| expectabilem excomite nostri sacrarii. Comazon|tem. atque eubolum. viros expectabiles exmagis|tris scriniorum. et appellem virum disertissimum|| scolasticum.*
p. II. col. 2. *Hos a nostra perennitate electos eru-|*

a Antea *obtulent.*

et per *titulos cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis eorundem *ordinandus [Nre] erit alius, qui nullum errorem, nullas patietur ambages, qui, nostro nomine *nuncupatus, sequenda omnibus vitandaque monstrabit[11]. Ad tanti consummationem operis et contexendos codices, (quorum primus omni generalium constitutionum diversitate exclusa, nullaque extra se, quam jam proferri liceat, praetermissa, inanem verborum copiam recusabit: alter, omni juris diversitate exclusa, magisterium vitae suscipiet), eligendi viri sunt singularis fidei, *limatioris ingenii, qui, cum primum codicem *nostrae *scientiae et publicae auctoritati obtulerint, adgredientur alium, donec *dignus *editione *fuerit, pertractandum. Electos vestra *amplitudo cognoscat. Antiochum, virum illustrem, ex quaestore et praefecto elegimus, Antiochum, virum illustrem, quaestorem sacri palatii, Theodorum virum spectabilem, comitem et magistrum memoriae, *Eudoxium[12] et Eusebium, viros [ex]spectabiles, magistros scriniorum, Joannem virum [ex]spectabilem, excomite nostri sacrarii, Comazontem atque *Eubulum[13], viros [ex]spectabiles, exmagistris scriniorum, et *Apellem[14], virum disertissimum, scholasticum. Hos a nostra perennitate electos erudi-

ditissimum quemque adibituros esse confidimus| ut comuni studio vite racioñ deprehensa| iura excludatur fallaciec. In futurum autem| si quid promulgari potuerit. ita in conjunc|tissimi parte alia valebit imperii. Ut non| fide dubia nec privata ~~nei~~ asercione nita|tur. sed ex qua parte fuerit constitutum cum| sacris transmittatur affectibus. In alterius| quoque recipiendum scriniis et cum edictorum| sollenitate evulgandum. missum enim| suscipiet indubitant obtinere conveniet e|mendandi vel revocandi potestate nr̄a| clementie reservata. Declarari autem invi|cem oportebit. nec amittāda aliter. et| cetera. Data. VII. k apt. constpt. florencio| et dionisio const. adclamatum est. augti| augustorum. maximi augtr. Dictum. VIII.| Ds vos nobis dedit- ds vos nobis servet. Dic|tum. XXVII. Romani imprs et pii felices.| multis añis imperetis. dictum est. XXII.| bono generis humani. bono senatus. bono| reipublicae. bono omnium. Dictum. XXIIII.| Spes in vobis. salus in nobis. dictum. XXVI.|[a] ut vivere delectet augtos nostros. semper| dictum. XXII. Orbe placato praesentes triumphe|tis. dictum. XXIIII. Hec sunt vota senatus.| Hec sunt vota po-

---

a Numerus *V* superscriptus est, et in contextu lacuna erasa.

tissimum quemque adhibituros esse confidimus, ut communi studio, vitae ratione deprehensa, *juris excludatur *fallácia.

In futurum autem, si quid promulgari potuerit, ita in conjunctissimi parte alia valebit imperii, ut non fide dubia nec privata assertione nitatur, sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur affectibus in alterius quoque recipiendum scriniis, et cum edictorum sollennitate evulgandum: missum enim suscipi et indubitanter obtinere conveniet, emendandi vel revocandi potestate *nostrae clementiae reservata. Declarari autem invicem oportebit, nec *admittenda aliter, et cetera. Dat. VII. Kal. April. Constantinopoli, Florentio et Dionysio Coss. (429.) Adclamatum est: Augusti Augustorum. Maximi Augustorum. Dictum VIII. Deus vos nobis dedit, Deus vos nobis servet. Dictum XXVII. Romani Imperatores, et pii felices, multis annis imperetis. Dictum est XXII. Bono generis humani, bono senatus, bono reipublicae, bono omnium. Dictum XXIIII. Spes in vobis, salus in nobis. Dictum XXVI. Ut vivere delectet augustos nostros semper. Dictum XXII. Orbe placato praesentes triumphetis. Dictum XXIIII. Haec sunt vota senatus, haec sunt vota po-

puli romani. ditum est. decem| liberis cariores. parentibus cariores. dic|tum. XVI. Extinctores delatorᵃ. extinc|tores calumñiarum. dictum XXVIII. per vos ho|nores. per vos patrimonia. per vos omnia. dic|tum. XXVIII. Per vos arma. per vos iura.| dictum. XX. disposicioni vestrae gratias agimus.| dictum. XXIII. Constitucionum ambiguum re|movistis. dictum. XXIII. Pii imprs sic / con|sulunt. dictum. XXVI. Causis consulitis. qui|eti consulitis. dictum. XXV. Plures codiees.| fiant habendi offi-
p. III. *cii. dictum. X. In scriniis|| publicis sub*
col. 1. *signaculis habeantur. dictum. XX.| Ne interpolentur constituta plures codices| fiant. dictum. XXV. Nec constituta interpo|lentur om̃s codices litteris conscribantur. dictum.| XVIII. huic codici qui faciendus a constituci|onariis nocte iuris non adscribantur.| dictum. XII. Codices in scriniis habendi sump|tu publico fiant rogamus. dictum. XVI. faus|te aveas. dictum. XVII. bis consulem te.| dictum. XV. Omnia eplicas. neminem ledis | dictum. XIII. Codices conscripti[b] ad provincias| dirigantur. XI. Tantorum beneficiorum dignus| plator. dictum. X. Paule aveas. dictum.| XII. Consulem te. dictum. XI.[c] ut in scri|niis*

---

a Una litera erasa est.

b Antea *conscripte.*

c Antea, ut videtur, *XII.*

puli romani. Dictum est X. Liberis cariores, parentibus cariores. Dictum XVI. Extinctores delatorum, extinctores calumniarum. Dictum XXVIII. Per vos honores, per vos patrimonia, per vos omnia. Dictum XXVIII. Per vos arma, per vos jura. Dictum XX. Dispositioni vestrae gratias agimus. Dictum XXIII. Constitutionum ambiguum removistis. Dictum XXIII. Pii imperatores sic consulunt. Dictum XXVI. Causis consulitis, quieti consulitis. Dictum XXV. Plures codices fiant habendi *officiis. Dictum X. In scriniis publicis sub signaculis habeantur. Dictum XX. Ne interpolentur constituta, plures codices fiant. Dictum XXV. *Ne constituta interpolentur, omnes codices litteris conscribantur. Dictum XVIII. Huic codici, qui faciendus a constitutionariis, *notae juris non adscribantur. Dictum XII. Codices in scriniis habendi sumptu publico fiant, rogamus. Dictum XVI. Fauste aveas. Dictum XVII. Bis consulem te. Dictum XV. Omnia *explicas, neminem laedis. Dictum XIII. Codices conscripti ad provincias dirigantur. Dictum XI. Tantorum beneficiorum dignus perlator. Dictum X. Paule aveas. Dictum XII. Consulem te. Dictum XI. Ut in scriniis

publicis habeantur rogamus. dictum | XV. at curam pertineat praefecturae. dic|tum. XII. singuli praefecti. signacula| sua adibeant. dictum. XV. In officiis suis| singulos codices habeant. dictum. XII.| ut ad pces nullae leges promulgentur roga|mus. dictum. XXI. aeti aveas. dictum. XV.| ter consulen te. dictum. XIII. Excubiis tuis.| sauli et securi sumus. dictum. XII. Excubiis| tuis laboribus tuis. dictum. XV. fauste ave|as. dictum. XIII. bis consulē te. dictum. X.| desideria senatus. ut suggeras rogamus. dic|tum. XX. Conservator legum. conser|vator decretorum dictum. XVI. his susrepcio|nibus possessoꝝ ius omne confunditur. dic|tum. XVII. anicius. achillius glabrio.| faustus. vc. et intt. tercio expraefecto urbis praefectus| ppo. et consul ordd quae lecta sunt sui cum| veneracione gestis aderebunt. et ad inter| hanc quoque partem int beneficia aeternorum princi|pum numero quod p me magnitudini| vestrae. eaque pro legibus suis statuere dignati| sunt intimarī. adclamatum est. fauste| aveas. dictum. XVI. bis
p. III. col. 2. *te cousulem. dictum. X.|| consuli. oraculi. dictum. XIII. anicius. achillius.| glabrio. faustus. vc. et intt tercio expraefecto urbi| praefecto. ppo et cons ordd. erit nunc mee di|ligencie. secundum dominorum praecepta et desideria| culminis*

publicis habeantur, rogamus. Dictum XV. *Ad curam pertineat praefecturae. Dictum XII. Singuli praefecti signacula sua adhibeant. Dictum XV. In officiis suis singulos codices habeant. Dictum XII. Ut ad preces nullae leges promulgentur, rogamus. Dictum XXI. Aeti aveas. Dictum XV. Ter[15] consulem te. Dictum XIII. Excubiis tuis *salvi et securi sumus. Dictum XII. Excubiis tuis, laboribus tuis. Dictum XV. Fauste aveas. Dictum XIII. Bis consulem te. Dictum X. Desideria senatus ut suggeras, rogamus. Dictum XX. Conservator legum, conservator decretorum. Dictum XVI. His *subreptionibus possessorum jus omne confunditur. Dictum XVII. Anicius *Acilius Glabrio Faustus, V.C. et illuster, tertio expraefecto urbis, praefectus praetorio et consul ordinarius: quae lecta sunt sui cum veneratione[16], gestis adhaerebunt, et, ad [inter] hanc quoque partem, inter beneficia aeternorum principum numero, quod per me magnitudini vestrae ea, quae pro legibus suis statuere dignati sunt, intimarunt. Adclamatum est: Fauste aveas. Dictum XVI. Bis te consulem. Dictum X. *Consulis *oraculis.[17] Dictum XIII. Anicius *Acilius Glabrio Faustus, V.C. et illuster, tertio expraefecto urbis, praefectus praetorio et consul ordinarius: erit nunc meae diligentiae secundum dominorum praecepta et desideria culminis

vestri. ut hic codex fide specta|bilis viri. veroniciani quem amplitudinis| vestrae mecum consensus elegit. nec non et| fide anastasii. et marcii. constitucionario|rum quos iam dudum huic officio inservi|re pter culpă probamus per tria corpora trans-| scribantur. ut hoc quem detuli in officio| pturiani apicis remanente pares fidei viri| magnifici praefecti urbis. scrinia alterum| teneant. Terciā vero constitucionarii sua| fide et periculo in pace[a] *apud se edendum| pptis retinere jubeantur. ita ut nisi a cons|titutionariis ex ex hoc corpore eo℞dem| manu conscripta exempla tria non edantur| si quidem erit mee diligencie ętiam illam| tractare partem ut conscriptus per hos alios| codex ad africam provinciam pari devocione| dirigatur. Ut illic quoque par fidei forma ser|vetur. adclamatum est. fauste. aveas. dictum.| XVI. bis consulem te. dictum. XV. Omnium| virtutum vero dictum. X. et alia manu. ft lau|rencio exceptor amplissimi senatus edidi sub d̄| VIII. k ianuarii dominis imprs et cesaribus | flaviis anastastio et hilario Martino quantum| consulĕ te viro intt fausto praefecto praetorio nominis| nrs sub didN senatus amplissimi gesta tes|tantur.*

a Ne verba amplius valeant, in veteribus libris per puncta sive lineas subterpositas exprimitur.

vestri, ut hic codex fide spectabilis viri, Veroniciani, quem amplitudinis vestrae mecum consensus elegit, nec non et fide Anastasii et Martii, constitutionariorum, quos jam dudum huic officio inservire praeter culpam probamus, per tria corpora *transcribatur, ut hoc, quem detuli, in officio praetoriani apicis remanente, pares fidei viri magnifici, praefecti urbis scrinia alterum teneant, *tertium vero constitutionarii sua fide et periculo apud se edendum populis retinere jubeantur, ita, ut, nisi a constitutionariis, ex hoc corpore eorundem manu conscripta *exemplaria non edantur, si quidem erit meae diligentiae, etiam illam tractare partem, ut conscriptus per hos alius codex ad Africam provinciam pari devotione dirigatur, ut illic quoque par fidei forma servetur. Adclamatum est: Fauste aveas. Dictum XVI. Bis consulem te. Dictum XV. Omnium virtutum *viro.[18] Dictum X. Et alia manu: *Flavius *Laurentius, exceptor amplissimi senatus edidi sub d. VIII. Kal. Jan., Dominis Imperatoribus et Caesaribus, Flaviis, Anastasio et Hilario *Martio *Quarto, Consule te, viro illustri, Fausto, praefecto praetorio, *dominis nostris. *Subscripsi.[19] Senatus amplissimi gesta testantur.

: müssen abgeschnitten und statt derselben diese zwei angeheftet werden.

*Vidimus id quod invictissimus prin-
ces pater| clemencie nostre incusto-
diendi theodosiani;| codicis observacione
praecepit. a senatu diligen|cia majorĕ mu-
nitum ut hiadedenda exemplaria| haberent.
Tantum licenciam contributam quos| mane-
bát periculum. si quid edita falsiattis ka-|
buissent. et ideo vir intpŭ. parens
amicus|que noster ad cujus diligen-*
p. IV. *ciam pertinet observare diligencius.||*
col. 1. *quod pro ominium cautela decrevit senatus|
sciet vobis licenciam in edendis exemplari-
bus| contributam. Confeccionĕ quoque me-
moratu cor|poris vestro tantum periculo pro-
curandă nec habe|ant vel de edictione. vel
de conspecione co|m̄ercium. Cum ad vos
certum sit redundare| de falsitate discrim̃
in̄minacione multe| p̆cibus comprehense.
et sacrilegii pena constringit.| Tam cognicio-
nale officium. quam eos qui nr̄i mi|ni-
me paruerunt constitutis omni obrepci|one
cessante. Dat̆. X. k̄ ian̄. rome maxi-
mo| II. et paterio. ūu. ā. consut.*

Impp. Theodosius et Valentinianus A. A........., Constitutionariis.

Vidimus id, quod invictissimus princeps, pater clementiae nostrae, in custodiendi Theodosiani codicis observatione praecepit, a senatu diligentia majore munitum, ut hi ad edenda exemplaria haberent tantum licentiam contributam, quos manebat periculum, si quid edita falsitatis habuissent. Et ideo vir illuster, praefectus urbis, parens amicusque noster, ad cujus diligentiam pertinet, observare diligentius, quod pro omnium cautela decrevit senatus, sciet, vobis licentiam in edendis exemplaribus contributam, confectionem quoque *memorati corporis vestro tantum periculo procurandam, nec *habeat vel de *editione vel de *confectione commercium, cum ad vos certum sit redundare de falsitate discrimen, interminatione mulctae precibus comprehensae, et sacrilegii poena constringit tam cognitionale officium, quam eos, qui *nostris minime paruerunt constitutis, omni obreptione cessante. Dat. X. Kal. Jan. Romae, Maximo II. et Paterio VV. *C.*C. Coss. (443.)

De theodosiani codicis auctoritate.

Inter quintam et sextam rubricam hae novae interjectae sunt :

De officio praefecti urbis.[a]
De officio magistri militum.
De officio quaestorum.
De officio magistri officiorum.
De officio comitis sacrarum largitionum.
De officio comitis rei privatae.
De officio proconsul et legati
De officio comitis orientis
De officio praefecti augustalis.

De assessoribus domesticis.
De et concelariis.
p. IV. col. 2. || *De jurisdictione ut ubi quis convenire debeat.*
De in sua causa quis judicet aut testimonium dicat.
De dominio rei quae poscitur vel consortibus.

De his qui potentiorum nomina praetendunt vel titulos praediis affigunt.

De hereditatis petitione.
De familiae herciscundae.
p. V. col. 1. incipit a rubrica XXXII. *De finio regundorum.*

---

a Omnes rubricae ab hac usque ad finem h. libri paulo retractae sunt.

Nachricht an den Buchbinder. Die an dem 2ten Bogen befindlichen erste

Constitutio Theodosii II. de Theodosiani Codicis auctoritate.

Liber I.

Quae in nostro Codice interjectae sunt rubricae, hactenus incognitae erant.

Tit. XII. De assessoribus, domesticis et cancellariis.

Liber II.

Tit. I. De jurisdictione et ubi quis conveniri debeat.

Tit. II. Ne in sua causa quis judicet.

Tit. V. De dominio rei, quae poscitur (vel consortibus ab eo, cui denuntiatum fuerit, postulandis.)

Tit. XIV. De his, qui potentiorum nomina in lite praetendunt, aut titulos praediis affigunt.

Tit. XXII. De hereditatis petitione.

Tit. XXIV. Familiae herciscundae.

Tit. XXVI. Finium regundorum.

De parentibus qui filios daxert.

De sponsalibus et ante nuptias.

De donationibus.

Si provinciae rector vel ad eum pertinentes sponsolias dederint.

Si secundo nupserit mulier.

Si qcumque praeditus potestate nuptias.

De incertis nuptiis.

De arboniano edicto.

p. V. col. 2. incipit a rubrica XVI. *De his qui non a dño manumissi sunt.*

Quibus bonis ex lege iulia cedere possit.

De curionum id ē. curialium.

De clericorum et monachorum.

De his qui sanguinolentis emtos vel nutriendos susceperint.

De colonus inscio dño suum aliene peculium vel litem inferat civilem.

De senatoria dignitate [a]

Ut dignitatum ordo sectatur.

a Prima libri sexti rubrica, hactenus incognita.

Liber III.

Tit. III. De patribus, qui filios distraxerunt.

Tit. V. De sponsalibus et ante nuptias donationibus.

Tit. VI. Si provinciae rector vel ad eum pertinentes sponsalia dederint.

Tit. IX. Si secundo nupserit mulier, cui maritus usumfructum reliquerit.

Tit. XI. Si quacumque praeditus potestate nuptias petat invitae.

Tit. XII. De incestis nuptiis.

Liber IV.

Tit. III. De Carboniano edicto.

Tit. X. De his, qui a non domino manumissi sunt.

Tit. XX. Qui bonis ex lege Julia cedere possunt.

Liber V.

Tit. II. De bonis decurionum.

Tit. III. De bonis clericorum et monachorum.

Tit. VIII. De his, qui sanguinolentos emtos vel nutriendos acceperint.

Tit. XI. Ne colonus inscio domino suo alienet vel peculium, vel litem inferat civilem.

Liber VI.

Tit. V. Ut dignitatum ordo servetur.

De re militari.

Hoc est quicumque cum quibuslibet hostibus predas egerit.[a]

De tabulariis locographis. id ē scribis censualibus.

p. VI. col. 1. incipit a rubrica VIII. *De cursu publico anguariis et parangariis.*

De quid publicae laetitiae nuntii ex descriptione vel ab invitis acciviant.

De his q̃ administrantibus vel publicum officium gerentibus distracta sunt vel donata.

De maternis bonis et materni generis et creatione sublata.

De bonis quae filiisfamilias ex matrimonio acquirunt.

De praeter crimen majestatis ejus servus dominum vel patronum libertus seu familiaris accuset.

De mulieribus quae se servis propriis conjunxerint.

Ad legem iuliam de vi publica vel privata.

---

a Glossema, ut videtur, e duabus prioribus h. t. constitutionibus desumptum.

Liber VII.

Tit. I. De re militari.

Liber VIII.

Tit. II. De tabulariis, logographis et censualibus.

Tit. V. De cursu publico, angariis et parangariis.

Tit. XI. Ne quid publicae laetitiae nuntii ex descriptione vel ab invitis accipiant.

Tit. XV. De iis, quae administrantibus vel officium publicum gerentibus distracta sunt vel donata.

Tit. XVIII. De maternis bonis, et materni generis, et cretione sublata.

Tit. XIX. De bonis, quae filiis familias ex matrimonio acquiruntur.

Liber IX.

Tit. VI. Ne praeter crimen majestatis servus dominum, vel patronum libertus seu familiaris accuset.

Tit. IX. De mulieribus, quae se servis propriis junxerunt.

Tit. X. Ad legem Juliam de vi publica et privata.

De privati carceris custodiam.
De parricidio F secum.[a]
De maleficis et ceteris similibus.

Ad legam corneliam.

Siquis solidi circulum exteriorem exciderit.

De rapto virginum vel viduarum. /

p. VI. col. 2. incipit a rubrica XXVII. *De rapto*[b] *sanctimonialium virginum vel viduarum.*

De his qui latrones in aliis criminibus reos occultaverint.

Intra añum criminalis quaestio terminetur.

De abolitionibus abolitio est oblivio objecti criminis.

De bonis proscriptorum sive damnatorum.

De sententia passis et restitutis et liberis eorum.

De his qui ad ecclesiam confugiunt.

De locatione fundorum iuris emphiteutici reipublicae et templorum.

De añona et tribus.

---

a Ad quae verbum hoc referendum sit, nescimus, quum neque cum hac, neque antecedenti, neque sequenti rubrica conveniat.

b Ex correct. *raptu.*

Tit. XI. De privati carceris custodia.

Tit. XV. De parricidio.

Tit. XVI. De maleficis et mathematicis et ceteris similibus.

Tit. XIX. Ad legem Corneliam de falso.

Tit. XXII. Si quis solidi circulum exteriorem inciderit, vel adulteratum in vendendo subjecerit.

Tit. XXIV. De raptu virginum vel viduarum.

Tit. XXV. De raptu vel matrimonio sanctimonialium virginum vel viduarum.

Tit. XXIX. De his, qui latrones vel aliis criminibus reos occultaverint.

Tit. XXXVI. Ut intra annum criminalis actio terminetur.

Tit. XXXVII. De abolitionibus.

Tit. XLII. De bonis proscriptorum seu damnatorum.

Tit. XLIII. De sententiam passis et restitutis et liberis eorum.

Tit. XLV. De his, qui ad ecclesias confugiunt.

Liber X.

Tit. III. De locatione fundorum iuris emphyteutici et reipublicae et templorum.

Liber XI.

Tit. I. De annona et tributis.

p. VII. col. 1. incipit a rubrica VI.

Sine censu vel reliquis fundum comparare non posse.

De possession ab eo qbus provocaverit transferenda;

E curionibus.

De censu sive adscriptione.

De infirmandis his q; sub tirannis.

De episcopis clericis et ecclesiis.

De his qui super religione contendunt.

Ne iudaeus christianum mancipium habeat.

Ultimam hae novae rubricae excipiunt:

De his qui fames[a] *tempore sunt collecti.*

De his qui pro paschali festivitate de carceribus educuntur.

Expliciunt tituli: Lib Teodosiani;

---

a Ex correct. *famis.*

Tit. III. Sine censu vel reliquis fundum comparari non posse.

Tit. XXXVIII. De possessione ab eo, qui bis provocaverit, transferenda.

Liber XII.

Tit. I. De decurionibus.

Liber XIII.

Tit. X. De censu sine adscriptione.

Liber XV.

Tit. XIV. De infirmandis his, quae sub tyrannis aut barbaris gesta sunt.

Liber XVI.

Tit. II. De episcopis, ecclesiis et clericis.

Tit. IV. De his, qui super religione contendunt.

Tit. IX. Ne Christianum mancipium Judaeus habeat.

p. VII. col. 2.

|| *De theodosiani codicis auctoritate.*

Impp. Theodosius.

rarique . . . plene . . . tā[a] *. . . et alter . . . neaquoquam . . . grassa dimerse caligine obscuritatis sui . . . egimus . . . insciencia . . . expectentur . . . nominis nostri radiante splendore . . . parum . . . consorcia . . . nulli itaque . . . fortum . . .*
p. VIII. col. 1. transierunt. *strumenta . . || . . mutati . . . in perpetuum . . . demigrabit . . . satis habundeque sufficiet relevatis . . . constitutionem . . . aliorumve . . . observari . . . gestis . . . consumacione . . . inluster . . . martirius . . . inluster et comes . . . apollodurus*[b]
p. VIII. col. 2. *. . . epeneges . . . et magister || . . . atque amantissime inlustris . . . Data . . . cantantin. p . . . XVI. cs;*

Inscriptio deest.

p. IX. col. 1. Si qua. . || . . *edicta fuerint . . .*

Datur . . . consut.

---

a tam: pro *tanto* enim legere, scripturae genius vix permittit.

b Ex correct. *Apollodorus.*

Constitutio Theodosii II. de Theodosiani Codicis auctoritate.

Impp. Theodosius et Valentinianus A.A. Florentio Pf. P. Orientis.

raroque ... plena ... tanto ... aut alter ... §. 1. ... nequaquam ... grassae demersae caliginis et obscuritatis vallo sui ... exegimus ... scientia ... expectarentur ... splendore numinis nostri radiante §. 2. ... parvum ... consortio §. 3. ... nulli ... forum ... instrumenta ... munerati ... perpetuo ... demigravit ... §. 4. ... abundeque sufficit revelatis ... §. 5. ... constitutionum ... aliove ... §. 6. ... observare ... regestis ... §. 7. ... consummationem ... illustris ... Martyrus ... illustris, comes ... Apollodorus ... Epigenius ... exmagistro ... et amantissime, illustris ... Dat. ... Constantinopoli, ... XVI et qui fuerit nunciatus. (438.)

CODICIS THEODOSIANI LIBER PRIMUS.

Tit. I.

DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM ET EDICTIS.

1, Imp. Constantinus A. ad Lusitanos.
... edicta sive constitutiones sine die et consule fuerint ...

Dat. ... VV. CC. Coss. (322.)

. . . Theodosius . . . claviano . . . illirice . . . ne . . . perimittimus. Datur . . . Julii . . . graciano . . .

Aureliano . . . urbis . . . ponunt . . . Datur . . . ũ ũ cons̄ . . . anteriori . . . facta . . .

Victorio ppo c̄ s̄ . . .

X . . .

. . . omnes communiter . . . vacuat.

p. IX. col. 2. Contra.

|| *. . . Datur . . . edicinio. . . . fuerint a principibus . . .*

. . . creperio . . . alligare . . . adquirant. Datur . . . edicinio consut.

. . . ppo . . . Data . . . consut. . . . quando . . . cum cedi . . .

p. X. col. 1. ad Barbarum.

|| *. . . et . . . intervenit . . . dalmocio et genofilo consut.*

. . . Datur . . . VIIII . . . cesar consut. . . . legis . . . cum ludio . . .

. . . valentinianus gratianus[a] *. . . sit . . . perurgendus . . . fatigato . . . quid . . . quid . . . cumvenerit aspexit . . . VIII . . . uuc̄ . . .*

---

a Puncta supraposita mutandum ordinem significant.

2. ... et Theodosius ... Flaviano ... Illyrici ... nec ... permittimus. Dat ... Junii ... Tatiano ... (391.)

3. Iidem AAA. Aureliano ... u ... imponunt ... Dat. ... V. C. Coss. ... (393.) Int. ... anteriore ... acta ...

4. Iidem AAA. Victorio, Proconsuli ... XII ... (393.)

Int. ... communiter omnes ... vacuet.

Tit. II.

De diversis rescriptis.

1. ... PP ... et Licinio ... (315.) Int. ... a Principibus fuerint ...

2. ... Crepereo ... allegare ... conquirantur. PP ... et Licinio V.C.Coss. (319.)

3. ... Pf. u ... Dat. ... VV. CC. Coss. (325.) Int. ... quando induciae ... concedi.

4. ... ut ... intervenerit ... Dalmatio et Zenophilo VV. CC. Coss. (333.)

5. ... Dat. ... VIII ... Coss. (356.) Int. ... leges ... conludio ...

6. ... Gratianus Valentinianus ... sint ... perurgendi ... pudore fatigato ... quod ... quod ... conveniret, adspexerint ... VII ... VV.CC ... (382.)

p. X. col. 2. ad heredem. *Id. aug. . . . meruit . . || . competisse . . .*

et . . . diffinitione juris . . . recipere . . .
Datur XIII. . . . Coss.
. . . litetem . . . velhis . . . competebant
. . . competenti . . .

. . . euxenium . . . asserit[a] *. . . sacras nostras litteras . . . credendas. Dat. VI. . . . verona accept. . . . merebaude . . .*
. . . domnorum . . . nemini

[b]*Imp. constantin a. g. ad maximum ppm; erpetuas prudencium contenciones eruere cupientes ulpiani hac pauli in papianum*
p. XI. col. 1. *notas qui dum ingenti laudem || sectatur non tam corgere eum quam depravare maluerunt aboleri praecepimus. Data. IIII. K. Octb. et constantino consut. et crispo.*

Id. a. ad maximum ppm.
Iniversa quae scriptura Pauli continentur recepta auctoritate firmanda sunt. et omni

---

a Ex correct. *asserat.*

b Lacuna duarum linearum praecedit, in quarum prima jam haec inscriptio, at erasa, conspicitur, hic tantum repetita.

8. Impp. Arcadius et Honorius AA. . . .
meruerit . . . competiisse . . .
sic et . . . juris definitione . . . incipere . . .
Data III. . . . AA. Coss. (396.)
Int. . . . litem . . . vel is . . . competebat
. . . competit . . .

Tit. III.

De Mandatis Principum.

un. . . . Eusignium . . . asserat . . . sacris nostris litteris . . . credendum. Dat. XV . . . Veronae. Accepta . . . Merobaude . . . (383.)
Int. . . . Dominorum . . . minime . . .

Tit. IV.

De Responsis Prudentum.

1. Imp. Constantinus A. ad Maximum, Pf. P.[20]
Perpetuas prudentium contentiones eruere cupientes Ulpiani ac Pauli in Papinianum notas, qui, dum *ingenii laudem *sectantur, non tam *corrigere eum, quam depravare maluerunt, aboleri praecipimus. Dat. IV. Kal. Oct. Constantino II. et Crispo II. CC. Coss. (321.)

2. Idem A. ad Maximum, Pf. P.[21]
Universa, quae scriptura Pauli continentur, recepta auctoritate firmanda sunt et omni

veneratione celebranda. Ideoque sententiarum libros plenissima luce et perfectissima elocucione et justissima juris racione succinctos in judiciis prolatos valere minime dubitatur. Data. V. K. Octb treverunt constantino et maximo. consul.

... papiani ... gai ... mandamus ... gajumq; ... et ... leccionesque ... opere recitentur ... atque omniumque ... vinca ... papianus ... papiani ... eorum pares ... quos ...
p. XI. *VIII ... Theodosio ...* ||
col. 2. *... marcellini ... prolatae diversae ...*
aa. consul. *sit ... papianus ... ita ... et ex lege ...*

Imp constantin. a. ad constantinu pu.

dicto omnes provinciales monemus ut si interpellantes proprios praesides contepti fuerint gravitatem tuam interpellent. ut si id culpa vel negligentia. praesidum admissum esse constiterit ilico ad scienciencіec nostram referat gravitas tua quo possint congrue coherceri; Data. IIII. K. Octb.[a] *antiochie paulino et juliano consul.*

---

a E v. O correctum *S.*

veneratione celebranda. Ideoque sententiarum libros, plenissima luce et perfectissima elocutione et justissima juris ratione succinctos, in judiciis prolatos valere, minime dubitatur. Dat. V. Kal. Oct. Treviris[22], Constantino *C. V.* et Maximo Coss. (327.)

3. (un.) . . . Papiniani . . . Caji . . . firmamus . . . Cajum atque . . . et ceteros . . . lectionis quae . . . ejus opere recitatur . . . omniumque . . . vinca . . . Papinianus . . . Papiniani . . . pares eorum . . . quod . . . VII . . . DD. NN. Theodosio . . . (426.)
Int. . . . Marcelli . . . diversae prolatae . . . est . . . Papinianus . . . ita et . . . ex lege . . .

Tit. V.

De officio praefectorum praetorio.

1. Imp. Constantinus A. ad *Constantium, Pf. *P.[23]

Edicto omnes provinciales monemus, ut, si interpellantes proprios praesides contempti fuerint, gravitatem tuam interpellent, ut, si id culpa vel negligentia praesidum admissum esse constiterit, ilico ad scientiam nostram referat gravitas tua, quo possint congrue coërceri. Dat. IV. Kal. Sept. Antiochiae, Paulino et Juliano Coss. (325.)

Id'. ã ad maximum ppm.

Qui de statutis praesidalibus conqueruntur cum ea in detrimento legum prolata arbitrantur ad tuae auctoritatis judicium pervenire faciant ut factatis atque convulsis quae ppperam inpressà sunt. ne nomen quidem sententiae possint retinere. Data XII. K. Feb. Constantino et maximo consul.

p. XII. col. 1. *Idem . . . ‖ Super . . . quolibet judice alio . . . negoci . . . evidentī . . . majore justitia que . . . aequalitatē . . . circumfluit . . . aut . . . bieñii . . . detruendus . . . Dat. VII. . . . albino . . . ante . . . si . . . est . . . exilio . . . sin . . .*

Imp constantin. ã ad leoncium ppm.

Moneantur judices qui provocaciones vitantes sub praetextu relacionis differunt causas civiles cepta negocia terminare. ut si quis apellandum crediderit in auditurio sacro apud auctoritatem tuam vel eos qui de apellacionibus judicant negocium audiatur. Data. III. K aug. constancio. ã. III et constante consul.

Imp. constantñ et constans. ãã. ad taurum ppm.

Inter caetera solita ppetri plerique divide arbitrio suo añonarias. species deteguntur qđ nulli omnino fas est. pter

2. Idem A. ad Maximum, Pf. P.[24]

Qui de statutis praesidalibus conqueruntur, cum ea in detrimento legum prolata *arbitrentur, ad tuae auctoritatis judicium faciant pervenire, ut *fractis atque convulsis, quae perperam impressa sunt, ne nomen quidem sententiae possint retinere. Dat. XII. Kal. Feb. Constantino C. V. et Maximo Coss. (327.)

3. (un.) Imp. Constantinus . . . Super his . . . quolibet alio judice . . . negotii . . . evidenti . . . a jure justitiaque . . . aequitate . . . circumfluat . . . aut etiam . . . ad biennii . . . retrudendus . . . Dat. XIII. . . . Ablavio . . . (331.) Int. . . . antea . . . si et . . . sit . . . in exilium . . . si . . .

4. Imp. *Constantius et Constans[25] ad Leontium, Pf. P.

Moneantur judices, qui provocationes vitantes sub praetextu relationis differunt causas civiles, cepta negotia terminare, ut, si quis appellandum crediderit, in auditorio sacro apud auctoritatem tuam, vel eos, qui de appellationibus judicant, negotium audiatur. Dat. III. Kal. Aug. Constantio III. et Constante II.[26] *AA.* Coss. (342.)

5. Imp. *Constantius [et Constans] A. [A.][27] ad Taurum, Pf. P.

Inter caetera solita perpetrari plerique dividere arbitrio suo annonarias species deteguntur, quod nulli omnino fas est praeter

sublime fastigium praefecturae. Nullus igitur judex sine auctoritate tua in speciebus
p. XII. col. 2. *annonariis || erogandis habeat facultatem. Dat. XII. K. aug. mediol. arbicione. et lolliano. consul.*

Id'. aug. musiniano pposito.

Itra nra nulli anonas cognoscas esse prebendas. Dat. III. Id'. Januarii. med indictione. XV.

Imp. valens et gracianus. aa. ad marinum ppm.

Ex eorum corpore atque ordine qui sacris cognicionibus ps propriamque apparacionem hanc potissimum sustinent ut speciali officio eminenciae tuae judiciis. obsecundent cum interposita in aliis judicibus provocacione definiendi negocii, suscipiant curam. eos qui adproximatu perveniunt vel milicie ordine. vel exercitacionis merito deligere debebis. submotis ceteris quos extra sortem positos et aliunde venientes secreto ordini non oportet adjungi. Dat. VIII. Id'. Mrc. valentiniano. II. consul.

Imp. valentinianus. teodosius. et archadius. aaa. titiano ppm.

Hi quos judices corpore marcentes desidie somnii suscitantes. si quos serviles ad furti aviditatem degeneres. vel

sublime fastigium praefecturae. Nullus igitur judex sine auctoritate tua in speciebus annonariis erogandis habeat facultatem. Dat. XII. Kal. Aug. Mediolani, Arbitione et Lolliano Coss. (355.)

6. Idem A. et Julianus *C.* *Musoniano, *Pf. *P.[28]

*Citra jussa nostra nulli annonas cognoscas esse praebendas. Dat. III. Id. Jan. Mediolani Indictione XV, Constantio A. VIII. et Jul. *C.* Coss.[29] (356.)

7. Impp. Valens, Gratianus et Valentinianus AA*A*. ad Marinum[30], Pf. P.

Ex eorum corpore atque ordine, qui sacris cognitionibus praesunt, propriamque apparitionem hanc potissimum sustinent, ut speciali officio eminentiae tuae judiciis obsecundent, cum, interposita in aliis judicibus provocatione, definiendi negotii suscipiant curam, eos qui *adproximati perveniunt vel militiae ordine, vel exercitationis merito, deligere debebis, submotis caeteris, quos extra sortem positos et aliunde venientes secreto ordini non oportet adjungi. Dat. VIII. Id. Mart. Valente VI. et Valentiniano II. A A. Coss.[31] (378.)

8. Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. *Tatiano[32], Pf. P.

*Si quos judices corpore marcentes, *desidia somnii se non suscitantes[33], si quos serviles ad furti aviditatem degeneres, vel

similium vicinorum labe sublimitas tua reperit involutos. in eos vindictam publice ulcionis exaggeret et amotis vicarios subroget. ut ad nostrae magnitudinis scienciam non crimina sed vindicta referatur. Dat. V[i]V]on Mrcii. med timasio et promoto consul.

Id'. a. ad deocomen. et mag. utriusque militū.

E. ordinariis judicibus semper illustris est. cognocio[a]*. pf. licet militari viro ab eo facta fuerit iuria. Dat. id'. Januarii. cōstantino. p. thed aa. III. et habundan·io cs.*

Impp. archad. et theod. aa. vincencio. ppm.

Omnes qui provincias regunt reliqua sui temporis deposita administracione conpellant. possessores vero quos ad implendas
p. XIII. col. 1. || *necessitates nulla potest verecundia comovere convenit cont añum trina vice. nisi omnes impleverint funcciones duplatum debitū. per officium impleant. Dat. III. Id'. feb. med honorio. a. III. et euticiano cōst.*

Id'. a. ad messalam. ppm.

Jam dudum ex provincū. sarceri jussimus palatinos cum omis eaactio ad

---

a Ex correct. *cognicio.*

similium *vitiorum labe sublimitas tua repererit involutos, in eos vindictam publicae ultionis exaggeret et amotis vicarios subroget, ut ad nostrae magnitudinis scientiam non crimina, sed vindicta referatur. Dat. VI. Non. Mart. Mediolani, Timasio et Promoto Coss. (389.)

9. Impp. Theodosius, Arcadius et Honorius[34] Addeo, Comiti et magistro utriusque *militiae.

*De ordinariis judicibus semper illustris est cognitio praefecturae, licet militari viro ab eo facta fuerit *injuria. Dat. Id. Jan. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss. (393.)

10. Impp. Arcadius et *Honorius[35] AA. Vincentio, Pf. P.

Omnes, qui provincias regunt, reliqua sui temporis deposita administratione compellant; possessores vero, quos ad implendas necessitates nulla potest verecundia commovere, convenit intra annum trina vice, nisi omnes impleverint functiones, duplatum debitum per officium impleant. Dat. III. Id. Feb. Mediolani, Honorio A. **IV.**[36] et Eutychiano Coss. (398.)

11. Iidem AA ad Messalam, Pf. P.

Jam dudum ex *provinciis *arceri jussimus palatinos, cum omnis exactio ad

diligenciam magnificenciæ et virorum expectabilium vicariorum nec non ordinariorum judicum sollicitudinem debeat pertinere et nunc eadem confirmantes decernimus ut si quis palatinus ex officio viri inlustri comiti sacrarum largitionum per provincias repertus fuerit qui exaccionem sibi audeat vindicare ad audienciam viri inlustri com̃ sacri aerarii ferro obrutus dirigatur vel si est idoneus curiae vindicetur eos vero palatinos quia viro int' com̃ r̃p. cum publicis litteris destinaN. acommonicione judicis quo facilius ex p̃diis rei nostrae conferantur debitae pensiones cum sum̃a degere p̃cipimus disciplina de quorum nominibus si temere versati fuerint ad sublimitatem tuam referri per ordinarios judices oportet ut in eos severissime vindicetur. Dat̃ K. decb. me⁊ stillicoñ et auriliano cõsut.

Id' aug. et theo⁊. ã. antemio p̃p̃sito.

Si qui post hac velud indebitis oneribus gravati ad p̃ces crediderint convolandum sive de navicularíis racionibus sive de transvectionibus sive de lustrat' auri. argentive condicione de omnibus his atque hujusmodi ordinacionibus rescripta que emitti contigerit ad sedem sublimitatis tuae rescribantur. Dat̃. VII. Id'. Decbri. constantinopt' stillicoé. II. et ãtemio consut.

diligentiam magnificentiae tuae et virorum [ex]spectabilium, vicariorum nec non ordinariorum judicum sollicitudinem debeat pertinere: et nunc eadem confirmantes decernimus, ut si quis palatinus ex officio viri inlustris, *comitis sacrarum largitionum, per provincias repertus fuerit, qui exactionem sibi audeat vindicare, ad audientiam viri *inlustris, comitis sacri aerarii, ferro obrutus dirigatur, vel, si est idoneus, curiae vindicetur; eos vero palatinos, qui a viro inlustri, comite rei privatae, cum litteris publicis destinantur, *ad commonitionem judicis, quo facilius ex praediis rei nostrae conferantur debitae pensiones, cum summa degere praecipimus disciplina. De quorum nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios judices oportet, ut in eos severissime vindicetur. Dat. Kal. Dec. Mediolani, Stilicone et Aureliano Coss. (400.)

12. Iidem AA et Theodosius A. Anthemio, *Pf. *P.[37]

Si qui posthac, velut indebitis oneribus gravati, ad preces crediderint convolandum, sive de navicularii rationibus, sive de transvectionibus, sive de lustralis auri argentive conditione, de omnibus his atque hujusmodi ordinationibus rescripta, quae emitti contigerit, ad sedem sublimitatis tuae rescribantur. Dat. VII. Id. Dec. Constantinopoli, Stilicone II. et Anthemio Coss. (405.)

p. XIII. col. 2. ‖ *Impp Constantin. a. ad senatum.*

um appellaio interposita fuerit per bithiniam lidiam hellispontum insulas ethiã hac frigiã salutare europã ac rodopam sedem imontum pfecturi urbi iubi judicium sacrum apellator observet. Data. V nons. mai. tauro et florencio. csut.

Imppp. valentinianus et valens. aa. ad simmacum ppm.

Sacrae definicionis jus magnificencie tue detulimus cum ab urb rome tnc interposita provocacione nostra cognicionis operiri videbitur dignitatem. Dat. VI. Id. Juns. Med divo viviano et varoniano consut.

Idem. a. severo vic urb.

J quando pucacio interposita adversus sentencias vicariae potestati nostrae cognocionis videatur arbitrium operiri nulla itineris fatigacione ledatur sed vir magnificus pum rite solinbus ordinatis vicem nostram sustinens sacre disceptacionis arbitrium suscepto litis examine iminab. Dat. sexto K. Jut constantinopt divo louiano et varoniano cost.

Tit. VI.

De officio Praefecti Urbis.

1. Imp. *Constantius A. et Julianus *C.*[38] ad Senatum.

Cum appellatio interposita fuerit per Bithyniam, Lydiam, Hellespontum, insulas etiam ac Phrygiam salutarem, Europam ac *Rhodopen et *Hemum *montum[39], *praefecturae urbis [*ubi] judicium sacrum appellator observet. Dat. V. Non. Maj. Tauro et Florentio Coss. (361.)

2. Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Symmachum, Pf. *U.[40]

Sacrae definitionis jus magnificentiae tuae detulimus, cum ab urbis Romae vicario interposita provocatione nostrae cognitionis operiri videbitur dignitatem. Dat. VI. Id. Jun. Mediolani, divo *Joviano[41] et Varroniano Coss. (364.)

3. Iidem AA. Severo, vicario urbis.[42]

Si quando provocatio interposita adversus sententias vicariae *potestatis nostrae cognitionis videatur arbitrium operiri, nulla itineris fatigatione laedatur, sed vir magnificus, *praefectus *urbis, rite solennibus ordinatis, vicem nostram sustinens sacrae disceptationis arbitrium, suscepto litis examine, terminabit. Dat. VI. Kal. Jul. Constantinopoli, divo *Joviano[43] et Varroniano Coss. (364.)

Idem ã ı simacū ppm.

Si quis sacer ac venerabit ppts. deferri aliquibus consideracione vet'tatis et gratia postularit id non ante praebeatur quam tranquillitatis nostrae fuerit consulta sentencia. Dat. VI. Id marc. valentiniano et valente consulib'.

Idem aug. ad volusianum ppm.

,tudentibus nobis statū urb et racionē añonariā aliquando firmare in animo eidem añonae coram non omnibus deferre potestatibus hac ne pfectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret si totum ad officium annonarium redundas sed eidem pfecture sollititudinis hac diligencie necessitatē mandamus sed non
p. XIV. *ita ut lateat officium pfecture sed ut ambe ||*
col. 1. *potestates in quantum sibi est negocii tueantur añonam sitque societas muneris ita ut inferior gradus meritum meritū superioris ignoscat atque superior potestas se exerat ut sciat ex ipso nomine quid praefecto debeatur añonae. Dat. II. Non. apt. međ valentiniano et valente. aa. II. consut.*

Idem ã. ad ptextatū ppum.

Illustris sinceritas tua quasi in specut tuebitur quemadmodum singulis quibus intra urbem romam publicum munus injungimus. credito sibi famulentur officio et si aliquis indignum administracionis

4. Iidem AA. *ad Symmachum, Pf. *U[44].

Si quis sacer ac venerabilis populus[45] deferri aliquibus consideratione vetustatis et gratia postularit, id non ante praebeatur, quam tranquillitatis nostrae fuerit consulta sententia. Dat. VI. Id. Mart. Valentiniano et Valente A A. Coss. (365.)

5. Iidem AA. ad Volusianum, Pf. *U.[46]

Studentibus nobis statum urbis, et rationem annonariam aliquando firmare, in animo est[47], ejusdem annonae curam non omnibus deferre potestatibus. Ac ne praefectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium redundasset, eidem praefecturae sollicitudinis ac diligentiae necessitatem mandamus, sed non ita, ut lateat officium praefecturae, sed ut ambae potestates, in quantum sibi est negotii, tueantur annonam, sitque societas muneris ita, ut inferior gradus meritum [meritum] superioris *agnoscat, atque ita superior gradus se exerat, ut sciat ex ipso nomine, quid praefecto debeatur annonae. Dat. II. Non. April. Mediolani, Valentiniano et Valente [II.[48]] AA. Coss. (365.)

6. Iidem AA. ad Praetextatum, Pf. *U.[49]

Illustris sinceritas tua quasi in speculo tuebitur, quemadmodum *singuli, quibus intra urbem Romam publicum munus injungimus, credito sibi famulentur officio: et si aliquis indignum administrationis se

gesserit referre non differat. veritate comperta continuo alium idoneum vel tuae celsitudinis testimonio vel nostro dirigamus arbitrio; Dat. XII. K. Octb. novo mansione valentiniano et valente consul.

Impp. valens gracianus. et valentinianus. aaa. ad rufinum pampejum.

Suis partibus añonae praefectura moderatur. sed ita ut ex veterum more praefecto urb p publicum incedente honoris ei et loci gratia expensio panis habeatur eatenus tam praefectura añonae cedere volumus dignitatis fastigio ut curandi partibus non cedat. neque tamen apparitoribus urbanae praefecturae añonario officio inserbant. sed aparitorum emulacione secreta ministerio suo añone praefecture fungatur. non ut potencie subjecta sed ut negocii sui diligens. tantumque se a contemptu vindicans quantum non pergat in contumeliam superioris praefectura autem urb qui cunctis intra urbem st ante cellat potestatibus tantum ex omnibus parte delibans quantum sine injuria hac detrimento alieni honoris usurpet. Dat. III. Id Jul valente. a. III. et valentiniano. II. consul.

Impp. gracianus. valentinianus et theod. aaa. ad bassum ppm. praefectum urb.

Apparitoribus suis staciones quas habuere antiquitus statuimus esse reddendas.

gesserit, referre non differat, ut veritate comperta continuo alium idoneum vel tuae celsitudinis testimonio, vel nostro dirigamus arbitrio. Dat. XII. Kal. Oct. *nova mansione, Valentiniano et Valente *AA*. Coss. (365.)

7. Impp. Valens, Gratianus et Valentinianus AAA. ad Rufinum Pampejum.[50]

Suis partibus annonae praefectura moderatur, sed ita, ut ex veterum more praefecto urbis per publicum incedenti, honoris ejus et loci gratia, expensio panis habeatur. Eatenus tamen praefecturam annonae cedere volumus dignitatis fastigio, ut curandi partibus non cedat, neque tamen apparitoribus urbanae praefecturae *annonarium *officium *inserviat, sed, apparitorum aemulatione secreta, ministerio suo annonae *praefectura fungatur, non ut potentiae subjecta, sed ut negocii sui diligens tantumque se a contemptu vindicans, quantum non pergat in contumeliam superioris. Praefectura autem urbis cunctis, *quae intra urbem sunt, antecellat potestatibus, tantum ex *omnium parte delibans, quantum sine injuria ac detrimento alieni honoris usurpet. Dat. III. Id. Jul. Valente III. et Valentiniano II*I*.[51] A*A*. Coss. (370.)

8. Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. ad Bassum, [Pf. P.] Pf. U.[52]

Apparitoribus tuis stationes, quas habuere antiquitus, statuimus esse reddendas.

Igitur pristino more servato ad omnes pro-
p. XIV. *vincias quas vel divi ‖ constantini constituto*
col. 2. *dederat vel pb? vir illustris permissa sibi a patre nostro potestate reddiderat p̆celsa sinceritas tua principes destinab qui sane meminerint nihil more in his q̃ primipili nomine res poscuntur esse faciendum. Dat. X. K. decb. međ antonio et siagrio cst.*

Idem. ă. ad simmacum p̆positum.

Disputari de principali judicio non oportet. sacrilegii enim instar est dubitare an is dignus sit quem elegerit impr. Si quis igitur judicum fuerit repertus qui supercilium suŭ principalia estimet judicio p̆ferendum quinque lib̆r eius auri officium nisi formă nostrae sanccionis subgesserit. X. ipse fisci juribus inferre cogatur. Data. V. K mai. med. post consulatum ricomeris et clearciũu. ã. consut.

Impp. valentinianus teođ et archađ. ããã. neuterio pampejo.

Sacrum judicium praefecti urb eterne paucis dabat reddebatque regionibus et ideo huic brthrniam atque pamflagoniam nec non frigiam salutarem credidimus deputandas ut apellaciones suas ad illud mittant examen illudque expectant

Igitur pristino more servato ad omnes provincias, quas vel divi Constantini constitutio dederat, vel Probus, vir illustris, permissa sibi a patre nostro potestate reddiderat, praecelsa sinceritas tua principes destinabit, qui sane meminerint, nihil more in his, quae primipili nomine res poscuntur, esse faciendum. Dat. X. Kal. Dec. Mediolani, Antonio et Syagrio Coss. (382.)

9. Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius *AAA*. ad Symmachum, *Pf. *U.[53]

Disputari de principali judicio non oportet: sacrilegii enim instar est, dubitare, an is dignus sit, quem elegerit imperator. Si quis igitur judicum fuerit repertus, qui supercilium suum *principali aestimet judicio praeferendum, quinque libras auri ejus officium, nisi formam nostrae sanctionis subgesserit; decem ipse fisci juribus inferre cogatur. Dat. V. Kal. Maj. Mediolani, post consulatum Richomeris et Clearchi.[54] .(384.)

10. Iidem AAA. *Neotherio Pampejo, *Pf. P.*[55]

Sacrum judicium praefecti urbis aeternae paucis *dabatur *reddebaturque regionibus: et ideo huic Bithyniam atque Paphlagoniam, nec non Phrygiam salutarem credidimus deputandas, ut appellationes suas ad illud mittant examen illudque *exspectent

judicium in sacre cognocionis[a] *eventu. Dat. ulpianis ad julianā accepta. III č. ā. crāgo.*

Impp. honorius et theod. āa. cšptoribus. tribunis plebis senatui suos salutem dicunt post alia.

Nihil sibi intra urbem agendum psumat execucio militaris. hac si quid erit forte pceptum in nocenciam pus urbane veneit[b] *praefecture que aut compleat congrua iuri mandata aut contra jus imposita depellat. Itaque decernimus ut si quis in privato negocio adversus senatorem aut aliquem sacratissime urb corporatum. seu qui in urbe larem locaverit. sive trans urbem ÷ sive per provincias execucionem poposcerit militarem. litis ethiam si bona sit*
p. XV. col. 1 *careat eventu. et si quis cujuslibet || honoris aut milicie intra urbem sacratissimam vel in provinciis ethiam in actu publico aparitionem habuerit militarem. et senatorem vel corporatum ul̃bis eterne seu in urbe seu in provinciis levi scilt convencione pulsaverit aut judex non vindicaverit. in perpetuum honore privetur. Ita ut salvis de urbano foro pscripcionibus negocia universa dicantur et contra omnem exibicionis injuriam non m̊ senatorē. sed quemius romanis corporibus insertū leges tueantur. quod si in*

a Ex correct. *cognicionis.*

b Ex correct. *veniit.*

judicium in sacrae cognitionis eventu. Dat. *Ulpiae *Julianae.[56] Accepta III. *Id. *Aug. (385.(?))[57]

11. Impp. Honorius et Theodosius AA. consulibus, praetoribus, tribunis plebis, senatui *suo salutem dicunt post alia:

Nihil sibi intra urbem agendum praesumat executio militaris: ac si quid erit forte praeceptum, in *notitiam prius urbanae *veniat praefecturae, quae aut compleat congrua juri mandata, aut contra jus imposita depellat. Itaque decernimus, ut, si quis in privato negotio adversus senatorem aut aliquem sacratissimae urbis corporatum, seu qui in urbe larem locaverit, sive trans urbem, sive per provincias executionem poposcerit militarem, litis, etiam si bona sit, careat eventu: et si quis cujuslibet honoris aut militiae intra urbem sacratissimam, vel in provinciis etiam in actu publico apparitionem habuerit militarem et senatorem vel corporatum urbis aeternae, seu in urbe, seu in provinciis *levis *multae conventione pulsaverit, *et judex non vindicaverit, in perpetuum honore privetur, ita, ut, salvis de urbano foro praescriptionibus, negotia universa dicantur, et contra omnem exhibitionis injuriam non modo senatorem, sed quemvis romanis corporibus insertum leges tueantur. Quodsi in

his tuendis vir inlustris praefectus urbi neglegencia aut trepidacione defuerit. careat dignitate quam nescit tueri. eos autem qui armato officio deputati desiderii temeritatem secuti sunt aflictos supplicio corporali praefecti vigilibus obsequio praefecture urbane sentencia deputab. Jta ut perpetua ejus officii apparicioe deuicti mutande milicie ademptā sibi intelligant potestatem supplicio majore retinendi. si quolibet genere ad id qđ proibetur inrepserint. Daī. VIII. iđ aug. ravennam asclepiodoto et mariano. cst.

Impp tedosius. ā. constancio ppm.

Primicerius adjutorum tue sedis officii perbienium qđ in eodē gradū ex consuetudine prisce ordinacionis emeruit curam insuper personarum usurpacione omni atque ambicione cessante suscipiat hoc ethiam adjecto. ut si quis ex memorato ordine vel condicionis humane fine preventus vel alia quacūque racione milicie gradum proprie amisisse monstrabitur. solite ambicionis injuria vacantem locūs is qui justa matricule veritatem seqt obtineat. Daī XIII. K januar. constantinopt victore. uc consut.

his tuendis vir inlustris, praefectus urbi, negligentia aut trepidatione defuerit, careat dignitate, quam nescit tueri; eos autem, qui armato officio deputati desiderii temeritatem secuti sunt, afflictos supplicio corporali praefecti vigilibus, obsequio praefecturae urbanae, fententia deputabit, ita, ut perpetua ejus officii apparitione devicti, mutandae militiae ademptam sibi intelligant potestatem; supplicio majore retinendi, si quolibet genere ad id, quod prohibetur, inrepserint. Dat. VIII. Id. Aug. Ravennae, Asclepiodoto et *Mariniano Coss. (423.)

12. Imp. Theodosius A. Constantio Pf. P.[58]

Primicerius, *adjutor tuae sedis officii, per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscae ordinationis emeruit, curam insuper personarum, usurpatione omni atque ambitione cessante, suscipiat, hoc etiam adjecto, ut, si quis ex memorato ordine, vel conditionis humanae fine praeventus, vel alia quacunque ratione militiae gradum propriae amisisse monstrabitur, solitae ambitionis injuria *vacante, locum is, qui *juxta matriculae veritatem sequitur, obtineat. Dat. XIII. Kal. Jan. Constantinopoli, Victore V.C. Coss. (424.)

p. XV. col. 2. || *Impp constantin. a. et julian cesar ermogeni. ppo.*

De cetero quociens aliqua necessitas de poposcerit transferri de loco milites ad alium locum communicato tractatu cum magistro equitum hac peditū id fieri oportebit ut ad ea loca que publica utilitas de poposcerit transferantur. Dat. V. K iun. sirmio eusebio et hypacio consul.

Imperat theod archad et honor. aaa. addeocom et magistro utriusque milicie.

Corrector quidem provinciae augustānicae ob inlatam duci contumeliam ut cum officio suo condempnaretur meruit. a sede autem sublimitatis tuae usurpari judicii pars ista. non debuit qc semper de ordinario judice illustris est cognocio praefecture. Data II. Id Jan. constantinopl teod. a. III. et habundancio consul.

Impp. archad et honoy stiliconi magistro militum.

Sicut clarissimis juris comitibus et ducibus diversarum provinciarum et limitum. Ita et viro spectabili comiti per affricam principes et numerarii ex officio magisterie potestatis mittantur. sub ea tamen condicione ut emso unius ani spacio singuli qui designati sunt. intra affricam officio

Tit. VII.

De Officio Magistri Militum.

1. Imp. *Constantius A. et Julianus C. Hermogeni, Pf. P.[59]

De caetero, quotiens aliqua necessitas depoposcerit, transferri de loco milites ad alium locum, communicato tractatu cum magistro equitum ac peditum, id fieri oportebit, ut ad ea loca, quae publica utilitas depoposcerit, transferantur. Dat. V. Kal. Jun. Sirmii, Eusebio et Hypatio Coss. (359.)

2. Imp. Theodosius, Arcadius et Honorius AAA. Addeo, Comiti et Magistro utriusque militiae.

Corrector quidem prvinciae Augustamnicae ob inlatam duci contumeliam, ut cum officio suo condemnaretur, meruit; a sede autem sublimitatis tuae usurpari judicii pars ista non debuit, quia semper de ordinario judice illustris est cognitio praefecturae. Dat. II. Id. Jan. Constantinopoli, Theodosio A. III. et Abundantio Coss. (393.)

3. Imp. Arcadius et Honorius Stiliconi, Magistro militum.

Sicut clarissimis juris comitibus et ducibus diversarum provinciarum et limitum, ita et viro spectabili, comiti per Africam, principes et numerarii ex officio magisteriae potestatis mittantur, sub ea tamen conditione, ut, emenso unius anni spatio, singuli, qui designati sunt, intra Africam officio

functi et actuum suorum et fidei quam exibuerint reipublice reddendam sibi non ambigant racionem. Dat id Seb med honorio. a. IIII. et cuticiano. csut.

Impp. honorij. et theod. a. ad ippacium mag. militum per orientem.

Apparitores officii tue pstancie. ad
p. XVI. *alium judicem ti ex autoritate || sacrorum*
col. 1. *rescriptorum minime oportet ethiam si quis id a nostra clemencia vel exposita vel ex supressa severitate meruerit sciat igitur illustris magnificencia tua sub te sive civiliter sive criminaliter appetuntur eos litigare debere. Dat. id. decb. constantino. p constancio. et constante. IIII. c. csut.*

Impp. honorij et theodi. aa. florencio magistro militum.

Viro illustri questore eustacio suggerente cognovimus per inovacionem quorumdam a minore latculo prepositiuras fuisse sublatas. quod jam in alteram consuetudinem dirivatum ex integro revocare noluimus. XL. vero ppposituras minori latculo pro infra scripta instruccione ejus restitui pcipimus. ut de scrinio memorie de cetero emittat. observaturo sublimitatis tue officio. ut nichil de memorato numero sibi usurpet quod pro parte habeat

functi, et actuum suorum, et fidei, quam exhibuerint, reipublicae reddendam sibi non ambigant rationem. Dat. Id. Sept. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss. (398.)

4. Impp. Honorius et Theodosius AA. ad Hypatium, Magistrum militum per Orientem.

Apparitores officii tuae praestantiae ad alium judicem trahi ex auctoritate sacrorum rescriptorum minime oportebit, etiam si quis id a nostra clementia, vel ex posita, vel ex suppressa severitate meruerit. Sciat igitur illustris magnificentia tua, sub te, sive civiliter sive criminaliter appetuntur, eos litigare debere. Dat. Id. Dec. Constantinopoli, Constantio et Constante *V *V. CC. Coss. (414.)

Tit. VIII.

De Officio Quaestoris.[60]

1. Impp. Honorius et Theodosius AA. Florentio, Magistro militum.

Viro illustri, quaestore Eustathio suggerente, cognovimus, per innovationem quorundam a minore laterculo praeposituras fuisse sublatas, quod jam in alteram consuetudinem derivatum ex integro revocare noluimus. XL. vero praeposituras minori laterculo pro infra scripta instructione ejus restitui praecipimus, ut de scrinio memoriae de caetero emittantur, observaturo sublimitatis tuae officio, ut nihil de memorato numero sibi usurpet, quod pro parte habeat

inconcsum quod contra racionem fuerat imutatum. Dat. id. Octb constantinopt. honorio. X. et theod. VI. consut. scripta eodem exemplo. sapcio mag. militum elioni magistro officiorum et eustacio questori.

Impp theod. a sallustio viro illustri comiti et questori.

aterculi curam tocius scias ad tue sublimitatis sollicitudinem pertinere. Ita ut tuo arbitratu ex crinio memorie tocius minoris latculi dignitates. hoc e. ppositure oms tribunatus et pfecture juxta consuetudinem priscam clemencie mee auctoritate deinceps emittantur. Dat. VII. k Novb. constantino p victore uc consut.

Idem. a. elioni comiti et mag officiorum.

p. XVI. col. 2. || *Oms minores laterculi dignitates. que sub cura quidem sollicitudine viri inlustris questoris esse antea videbantur. Postea vero vel universe vel medie ad magistrorum militum potestatem disposicionemque transierant. placuit nunc clemencie mee vetusti temporis more renovato ad prisca deinceps jura revocare. Dat. IIII. k mai. constantinopot victore uc consut.*

inconcussum, quod contra rationem fuerat immutatum. Dat. Id. Oct. Constantinopoli, Honorio X. et Theodosio VI. Coss. Scripta eodem exemplo Sapicio, Magistro militum, Helioni, Magistro officiorum et Eustathio, Quaestori.[61] (415.)

2. Imp. Theodosius A. Sallustio, viro illustri, Comiti et Quaestori.

Laterculi totius curam scias ad tuae sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita, ut tuo arbitratu *et scrinio memoriae totius minoris laterculi dignitates, hoc est, praepositurae, omnes tribunatus et praefecturae juxta consuetudinem priscam clementiae meae auctoritate deinceps emittantur. Dat. VII. Kal. Nov. Constantinopoli, Victore V.C. Coss. (424.)

3. Idem A. Helioni, Comiti et Magistro officiorum.

Omnes minoris laterculi dignitates, quae sub cura quidem ac sollicitudine viri inlustris, Quaestoris, esse antea videbantur, postea vero, vel universae, vel mediae, ad magistrorum militum potestatem, dispositionemque transierant, placuit nunc clementiae meae, vetusti temporis more renovato, ad prisca deinceps jura revocare. Dat. IV. Kal. Maj. Constantinopoli, Victore V.C. Coss. (424.)

Impp constancius. a. et julianus cesar ad agentes in rebus.

Universi qui indignis natalibus et convsacione deterrima ad scolam agentium in rebus adspiravert vel translati sunt. cognoscente uicarũ comem et magistro officiorum. uro consorcio secernantur. ut ita vos privilegiis dudum indultis frui possitis. dom ducena ethiã et centenã et biarchiã nomo suffragio. sed per laborem unusquisque perveniat usus omĩũ testimonio. principatum vero adipiscatur. matricula decurrente. Ita ut ad curas agendas et cursũ illi exeant quos ordo milicicie vocat. et labor adjutor praeterea in quo tocius scolae status et magistri securitas constuta est. Omni scola testimonium praebente idoneu probitate morum hac bonis actibus p̃dict⁹ nr̃is per magistrum obtutibus offeratur. ut nostro ordinetur officio arbitrio. data omnibus contradicendi licencia si hanc legem. quisquam violare t̃eptet. Data et ppo. rome in foro trajani k nov̄b̄ eusebio et hippacio consuĩ.

Impp. valentiniañ theod̃ et archad̃. ăăă. ad principium magistrum officiorum.

Nefas est a minoribus majora vel posci. vel spari. Ideoque nemo a nobis postulet.

Tit. IX.

De Officio Magistri Officiorum.

1. Imp. Constantius A. et Julianus C. ad agentes in rebus.

Universi, qui indignis natalibus, et conversatione deterrima ad scholam agentium in rebus adspiraverunt, vel translati sunt, cognoscente *vicario, *comite et magistro officiorum, vestro consortio secernantur, ut ita vos privilegiis dudum indultis frui possitis: *ad ducenam etiam et centenam et biarchiam nemo suffragio, sed per laborem unusquisque perveniat, usus omnium testimonio: principatum vero adipiscatur matricula decurrente, ita, ut ad curas agendas et cursum illi exeant, quos ordo militiae vocat, et *laborum adjutor. Praeterea in quo totius scholae status et magistri securitas constituta est, omni schola testimonium praebente, idoneus probitate morum ac bonis artibus *praeditus, nostris per magistrum obtutibus offeratur, ut *nostri ordinetur *officii arbitrio, data omnibus contradicendi licentia, si hanc legem quisquam violare tentet. Dat. et PP. Romae in Foro Trajani, Kal. Nov. Eusebio et Hypatio Coss. (359.)

2. Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. ad Principium[62], Magistrum officiorum.

Nefas est, a minoribus majora vel posci vel sperari; ideoque nemo a nobis postulet,

agentū in rebus aliquem milicie[a] *sociari*
p. XVII. col. 1. *n̄ que tua acceptio probari || deberi significat. Ita ut petitorem constet loco esse. pociorem ordinem vero miliciequo stipendia nemo p̄vertat ethiam si nostri nominis per obrepcionem detulerit indultū hac si formam istius modi docebitur obtulisse in locum ex quo indecenter emerserat revertatur. ut his gradu ceteros ante cedat quem stipendia longiora vel labor prolixior fecerit ante ire. p̄p. ad rumetu. VII. id̄. marcii. post cansulatum arcadiā. I. et bautonis uc̄ c st.*

Impp arcad̄. et hono. et theodo. aaā. emiliano magistro officiorum.

Magnificencia tua matriculam schole agentū[b] *in rebus ex nostra autoritate tractab atque perficiet. ut sedula 2 inspeccione laboriosi segnib⁹ p̄sente. absentibus ac sibi perpetuo vacantibus p̄ferāt hii quoque quos sua virtus cum nostra munificencia gradibus honoravit. sive dignos effecit praemiorum sibi delatorum competenti firmitate pociantur quo segreta ignorabili turba multorum industrius quisque et labore non minus quam genere nobit obsequiis nostris inhereat. Dat k. aug. ancrre stilicone. II. et antemio. csut.*

---

a Lacuna octo circiter literarum sine vestigio scripturae sequitur.

b Fortasse legendum: *agendū.*

agentium in rebus aliquem militiae sociari, nisi quem tua acceptio probari debere significat, ita, ut petitorem constet loco esse potiorem; ordinem vero militiae *atque stipendia nemo praevertat, etiamsi nostri nominis per obreptionem detulerit indultum: ac siquis formam istiusmodi docebitur obtulisse, in locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur, ut is gradu ceteros antecedat, quem stipendia longiora vel labor prolixior fecerit anteire. PP. Hadrumeti VII. Id. Mart., post consulatum Arcadii A. I. et Bautonis V.C. Coss. (385.)

3. Impp. Arcadius, [et] Honorius et Theodosius AAA. Aemiliano, Magistro officiorum.

Magnificentia tua matriculam scholae agentium in rebus ex nostra auctoritate tractabit atque perficiet, ut sedula inspectione laboriosi segnibus, praesentes absentibus ac sibi perpetuo vacantibus praeferantur: ii quoque, quos sua virtus cum nostra munificentia gradibus honoravit, sive dignos effecit, praemiorum sibi delatorum competenti firmitate potiantur, quo secreta *ignobili turba multorum industrius quisque et labore non minus, quam genere nobilis, obsequiis nostris inhaereat. Dat. Kal. Aug. Ancyrae, Stilicone II. et Anthemio Coss. (405.)

[a]Impp gracian valentinian et theod. a. ad siagrium popetu.

Palatinos strenuos regionibus singulos[b] adtributos jubemus. eam in cunctis adibere solerciam ut non modo abire e provincia non sinantur qui canone proprie administracionis exactu certissimis neque neque adprobare documentis. verum ethiam. mansuetudinis nostre instructa cognito eum graviore vindicta censeat corrigendum. Dat. III. non. jul. uiminacio siagrio. et eucherio cost.

(i)p. valentinian theod. et archad. aaa. ifolio comiti sacrarum largicionum.

p. XVII. col. 2. ‖ *alatini monitores frequentissimi ad profligendos largicionales titulos judicibus ordinarios semper adsistant deinde si alicujus remissior super hoc fuerit cura detecta. tam diu unusquisque judex a palatinis intra provincia se administrata peracto jam honore teneatur quam diu per eum id quod debitum fuerit exigatur. Dat. VII. id apt. id. a. constantinop. archad. a. et trautone cons id adflorianum. comsot.*

---

a Vacuum spatium duarum linearum praecedit.

b Originetenus fortasse: *singulis.*

Tit. X.
De Officio Comitis Sacrarum Largitionum.

1. Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius A*AA*. ad Syagrium, *Pf. *P.

Palatinos strenuos regionibus singulis adtributos jubemus eam in cunctis adhibere solertiam, ut non modo abire e provincia non sinantur, qui canonem propriae administrationis exactum certissimis *nequeant adprobare documentis, verum etiam mansuetudinis nostrae instructa *cognitio eum graviore vindicta censeat corrigendum. Dat. III. Non. Jul. Viminacii, Syagrio et Eucherio Coss. (381.)

2. Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Trifolio, Comiti sacrarum largitionum.

Palatini monitores frequentissimi ad profligandos largitionales titulos judicibus ordinariis semper adsistant, deinde, si alicujus remissior super hoc fuerit cura detecta, tamdiu unusquisque judex a palatinis intra provinciam *a* se administratam peracto jam honore teneatur, quamdiu per eum id, quod debitum fuerit, exigatur. Dat. VII. Id. April. [*id.* ă.] Constantinopoli, Arcadio A. *I.* et Bautone Coss. Idem ad Florianum[63], Comitem *sacrarum *largitionum. (384.)

đ. ããã. ad florianum com̃ sacrarum largiti

nominibus causis ita cognicioni jurgionum operă dab ut extra opa ordinem hac sine temporibus recognoscens mature cum racio tulerit ac rursus severius si justicia persuaserit definitivă scias pñdam esse sentenciam. Dat. V. K decb. archadi. ã. I.

đ ããã. severino com̃ sacrarum largiter.

Comperimus inconsulto praefecto urbis hac penitus ignorante raptos ad supplicium mercatores corporalibus affectos injuriis gravis insuper multe acerbitate nudatos cŭ igitur om̃a corporatorum generaque in constantino politana urbe versantur universos quoque cives atque populares praefecture urbane regi moderamine recognoscas. si cujuspiam fortasse persona fisci flagitab exam̃. ut in aliquem orum simil post ac redundab invidia. is non per officium palatinŭ. sed per appariacionem sedis urbane cognoscendo negocio ppară ad eum cognitorem aut urbs tota subjacet deducetur aut ab eo possit audiri aut si necessitas suaserit ad judicium tuum te petente transmiti. Dat. XVII. K. maii. mediot taciano et sim̃aco consul.

3. Iidem AAA. ad Florianum[64], Comitem sacrarum largitionum.

In *omnibus causis ita cognitioni jurgionum operam dabis, ut extra [opa] ordinem ac sine *temporum observatione[65] [re]cognoscens, *mitius, cum ratio tulerit, ac rursus severius, si justitia persuaserit, definitivam scias promendam esse sententiam. Dat. V. Kal. Dec., Arcadio A. I. et Bautone Coss. (384.)

4. Iidem AAA. Severino, Comiti sacrarum largitionum.

Comperimus, inconsulto praefecto urbis ac penitus ignorante, raptos ad supplicium mercatores corporalibus affectos injuriis, gravis insuper multae acerbitate nudatos. Cum igitur omnia corporatorum genera, quae in Constantinopolitana urbe versantur, universos quoque cives atque populares praefecturae urbanae regi moderamine [re]cognoscas, si cujuspiam fortasse persona fisci flagitabit examen, vel in aliquem horum similis posthac redundabit invidia, is non per officium palatinum, sed per apparitionem sedis urbanae cognoscendo negotio praeparatus ad eum cognitorem, cui urbs tota subjacet, deducetur, *ut ab eo possit audiri, aut si necessitas suaserit, ad judicium tuum, te petente, transmitti. Dat. XVII. Kal. Maj. Mediolani, Tatiano et Symmacho Coss. (391.)

Imp archad. et honorius. ă. antemio[a] sacrarum largicionum.

p. XVIII. col. 1. *Uia per negligenciam judicantis || quidam se perperam queruntur esse dejectos. cunctos qui in hac injuria continentur locis debitis p̄cipimus reddi debere. illos vero qui sine comeatu aut sine officii publici necessitate per provincias devagantur. tuo examini p̆sentatos arbitrio celsitudinis tue condemnacione pcelli. deinde milicia sentencie tue prout visum tibi fuerit auctoritate privari. hos vero qui hanc secuti miliciam cohorta lina officia desolverunt ad perperam quesita milicia proiberi. Dat̆ VII K. Septb̄. constantinopoli stilicone et aureliano consut.*

Id? ă. adriano p̓po.

In exactionibus largicionalium titulorum justa veterĕ consuetudinĕ palatinorum judicibus incumbat instancia: ad hoc enim tantum videntur emitti ut rectoribus vigilăt. imineăt et cel̄. Data. III. K mār. med vicencio et fravito cŏsut.

a Sequitur spatium breve, at sine vestigio scripturae.

5. Impp. Arcadius et Honorius AA. Anthemio, Comiti sacrarum largitionum.

Quia per negligentiam judicantis quidam se perperam queruntur esse dejectos, cunctos, qui in hac injuria continentur, locis debitis praecipimus reddi debere; illos vero, qui sine commeatu, aut sine publici officii necessitate per provincias devagantur, tuo examini praesentatos arbitrio celsitudinis tuae condemnatione percelli: deinde militia sententiae tuae, prout visum tibi fuerit, auctoritate privari; hos vero, qui hanc secuti sententiam cohortalina officia desolverunt, *a perperam quaesita militia prohiberi. Dat. VII. Kal. Sept. Constantinopoli, Stilicone et Aureliano Coss. (400.)

6. Iidem A. Hadriano, Pf. P.

In exactionibus largitionalium titulorum, *juxta veterem consuetudinem palatinorum, judicibus incumbat instantia: ad hoc enim tantum videntur emitti, ut rectoribus *vigilent, immineant, et caetera. Dat. III. Kal. Mart. Mediolani, Vincentio et Fravitta Coss. (401.)

Id? . ă. liminio com̆ sacrarum larcionum.

Observandum esse censemus ut bini in singulis indictionibus per singulas provincias palatini dirigantur. Ita ut singularum librarum auri adjutores per singulos multa constringuat. si legis nostre definiciones exigerint vel minus idoneos destinaverint quibus hec cura debet esse. praecipue ut periculo proprio notariis destinatis super neglegenciam judicum si ita res exigerit conquirantur nec eorum sit inpunita desidia. Judices quoque de eorum nominibus referre convenit quos com̆odis propriis magis q̆ utilitatibus publicis studere p̆viderint. breves ethiam q̃drimenstruos ad officium palatinum noverint dirigendos aurumque exactum ad sacras largiciones sine ulla dilacione mittatur. Data. III. K már. med̄ vicencio et fravito. c̆s̆.

Imp. theod̄. et valentinian̄. ă. ad volusianum. ppo.

p. XVIII. col. 2. || *Non amplius quam semel intra eandem provinciam quicq̄ publici muneris palatinus exerceat. sed adjutoris subjestio gestis expressa teneatur que et nomen palatini et ei qui dirigendus in eandem provinciam nichil ante commissum eiudēter exprimat. quod si aut hujusmodi solĕnitate nec lecta aut reptito actu ad provinciam missus fue-*

7. Iidem *AA.* Limenio, comiti sacrarum largitionum.

Observandum esse censemus, ut bini in singulis indictionibus per singulas provincias palatini dirigantur, ita, ut singularum librarum auri adjutores per singulos multa *constringat, si legis nostrae definitiones *neglexerint, vel minus idoneos destinaverint, quibus haec cura debet esse praecipue, ut, periculo proprio notariis destinatis, super *negligentia judicum, si ita res exegerit, conquerantur, *ne[66] eorum sit impunita desidia. Judices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis, magis-quam utilitatibus publicis, studere providerint: breves etiam quadrimenstruos ad officium palatinum noverint dirigendos, aurumque exactum ad sacras largitiones sine ulla dilatione mittatur. Dat. III. Kal. Mart. Mediolani, Vincentio et Fravitta Coss. (401.)

8. Impp. Theodosius et Valentinianus *AA.* ad Volusianum, Pf. P.

Non amplius, quam semel, intra eandem provinciam quicquam publici muneris palatinus exerceat, sed adjutoris *subjectio gestis expressa teneatur, quae et nomen palatini, et ejus, *cui dirigendus in eandem provinciam nihil ante *commissam[67], evidenter exprimat. Quod si, aut hujusmodi solennitate neglecta, aut repetito actu ad provinciam missus fue-

rit palatinus adjutorem officii et primicerium atque scd'icerium. XXX. librarum auri poena pcellat. nec uti licebit his fortasse p̆stigiis qđ eidem non eadem tam̄ possint. gerenda cŏmitti eŭdem enim palatinum intra eandem provinciam quicq̄ publici muneris iterum procurare non licet. Palatini vero scient sibi cum provincialibus nichil esse commune. Judicibus sane oportebit insistere. et si inter eos breves quos ad provinciam deferent. et eos qui ad provinciarum tabulariis proferuntur fuerit aliqua diversitas ad sitis sibi in consilium ex provincia quinque honoratis int̄ palatinum hac tabularium provincie moderator agnoscat et discussa breviŭ fide ha accelerari accionĕ jubebit. aut censure legum veterum subjacebit. Noverint sane provinciarum moderatores nullam prorsus exaccionis partem ad palatinum officium pertenere: Nec unq̄ his adminicula prebenda sed nec suscepturi quidem aut tabulario provincie palatin⁊ incumbet neque aut susceptore summa inlatorum neque neque nominatorios breves a tabulario postulabit. Cum hec omīs sollicitudo sit judicis comitibus quoque titulorum si q̆do eos ad provinciam mitti racio necessitatis exegerit nulla adminicula de palatino dari jubemus officio sed sola eis provinciat apparicio parebit. Poena. XX.

rit palatinus, adjutorem officii et primicerium atque sedicerium XXX. librarum auri poena *percellas, nec uti licebit his fortasse praestigiis, quod eidem non eadem tamen possint gerenda committi: eundem enim palatinum intra eandem provinciam quicquam publici muneris iterum procurare non licet. Palatini vero scient, sibi cum provincialibus nihil esse commune: judicibus sane oportebit insistere: et si inter eos breves, quos ad provinciam deferent, et eos, qui *a provinciarum tabulariis profeuntur, fuerit aliqua diversitas, adscitis sibi in consilium ex provincia quinque honoratis, inter palatinum ac tabularium provinciae moderator agnoscat, et discussa brevium fide accelerari actionem jubebit, aut censurae legum veterum subjacebit. Noverint sane provinciarum moderatores, nullam prorsus exactionis partem ad palatinum officium pertinere, nec unquam his adminicula praebenda, sed nec[68] *susceptori quidem aut tabulario provinciae palatinus incumbet, neque a susceptore *summam inlatorum, neque [neque] nominatorios breves a tabulario postulabit, cum haec omnis sollicitudo sit judicis. Comitibus quoque titulorum[69], si quando eos ad provinciam mitti ratio necessitatis exegerit, nulla adminicula de palatino dari jubemus officio, sed sola eis provincialis apparitio parebit, poena XX.

p. XIX. col. 1. *librarum || auri comitem titulorum et officium feriente palatinū. si quis palatinorum coilibet comiti titulorum fuerit adjunctus. Dat. III. k Mr. ravenn felice et tauro. cst.*

[a]*Imp archad et honorius aa. minervio com rei private.*

Manentibus fidejussorum atque subsignacionum meritis et ex possessoribus in eadem quā nunc habentur conduccione durantibus ad palatinorum curā et ad racionalium officia omium rerum nostrarum et tocius perpetuarii juris exaccione ~~reddita hoc e.~~ revertatur nihilque omnino de exaccione reddita hoc e. perpetuarii juris vel sacratissime domus ad ordinarios judices pertineat. Meminerint autem officio ordinariorum judicum non leve fortunis sui īminere dispendium. nisi omnia reliqua pretenti temporis curaverint in exigenda peccata quae penes conductores ipsorum desidia aut coibencia resederunt. Dat. X. k ~~mr.~~ ian. med cesario et atti cst.

---

a Una linea vacua praecedit.

librarum auri comitem titulorum et officium feriente palatinum, si quis palatinorum cuilibet comiti titulorum fuerit adjunctus. Dat. III. Kal. Mart. Ravennae, Felice et Tauro Coss. (428.)

Tit. XI.

De Officio Comitis Rei Privatae.

1. Impp. Arcadius et Honorius AA. Minervio, Comiti rei privatae.

Manentibus fidejussorum atque subsignationum meritis, et [ex] possessoribus in eadem, *qua nunc habentur, conductione durantibus, ad palatinorum curam et ad rationalium offiicia omnium rerum nostrarum et totius perpetuarii juris *exactio revertatur, nihilque omnino de exactione reddita, hoc est, perpetuarii, juris, vel sacratissimae domus, ad ordinarios judices pertineat.[70] Meminerint autem *officia ordinariorum judicum, non leve fortunis *suis imminere dispendium, nisi omnia reliqua *praeteriti temporis curaverint in *exigendis *pecuniis, quae penes conductores ipsorum desidia aut conniventia resederunt. Dat. X. Kal. Jan. Mediolani, Caesario et Attico Coss. (397.)

Dive memorie valentiniano junioris subreptum est. ut ordinariorum judicum officiis actores seu conductores dominicos conveniendi licencia negaretur. Et icirco ad racionales private rei exigendorum fiscalium debitorum ex illo tempore cura translata est ad hanc tam inutilem pcepti novitatem ethiam illud adjectum est ut sicut in rei private nostre pdiis sceleris esset. admissum. qd prosua atrocitate ulcisci potestas nisi ferro accincta non possed exibendorum reorum nisi q per dominicos deducerentur. et defenderentur actores ordinarios judici copia non pateret qd ne deinceps fiat hac sanccione proibem.

p. XIX. *Dat. VIIII. k. || juli med honor : XIIII.*
col. 2. *et euticiano csut.*

[a] *Imp constantin. a. eliano proconsut affric.*

Omnes civiles causas et praecipue easq; fama celebriores s negocia ethia criminalia publice audire debeb tercia utut tardissime quarta ut certe quinta die acta confectendi jussur que omia

---

a Una linea vacua praecedit.

2. Impp. Arcadius et Honorius AA. . . .[71]

Divae memoriae Valentiniani junioris subreptum est, ut ordinariorum judicum officiis, actores seu conductores dominicos conveniendi, licentia negaretur: et idcirco ad rationales privatae rei exigendorum fiscalium debitorum ex illo tempore cura translata est. Ad hanc tam inutilem praecepti novitatem etiam illud adjectum est, ut, si[cut] in rei privatae nostrae praediis sceleris esset admissum, quod pro sua atrocitate ulcisci potestas, nisi ferro accincta, non posset, exhibendorum reorum, nisi qui per dominicos deducerentur et defenderentur actores ordinarios, judici copia non pateret, quod, ne deinceps fiat, hac sanctione prohibemus. Dat. IX. Kal. Jul. Mediolani, Honorio *A.* *IV. et Eutychiano Coss.[72] (398.)

Tit. XII.

De Officio Proconsulis et Legati.

1. Imp. *Constantius A. Aeliano, Proconsuli Africae.

Omnes civiles causas, et praecipue eas, quae fama celebriores sunt, negotia etiam criminalia publice audire *debebis, tertia, vel [vel] tardissime quarta, vel certe quinta die acta *conficienda jussurus. Quae omnia

legati quoque cohercicione cŏmoniti observabunt. Dat̄. III. K nov̄b. treū constantino. ăă. XIII. et licinio IIII. consul̄.

Id'. ă. ad p̱p̱culum.

Et publice discipline interest. et proconsulari convenit dignitati ut publicarum exaccionum ceterarumque rerum cură et noticiă ad tuă redigas potestē ita ut non officialium instructione et voce fraudulenta contentus sis. sed ipsorum judicum curam responsionemque condiscas p̆fecti an̄one et racionalium si fidelis est ea instruccio. Ita enim provincialibus contra iniquas exacciones poterit subveniri. Dat̄. VII. K Jan. constantino. ă. V. et licinio cesare consul̄.

Id'. ā. alieno proconsuli africe.

Legati non solum civiles sed et criminales causas audiant ita ut si sentenciam in reos ferendam p̱viderint ad proconsules eos transmittere non morentur. ab omnibus enim judicibus hoc observari oportet ut subputato tempore competenti quo necessarie cause criminal̄ instructio poterit adiberi maturam vel nocens penam vel absolucionem in̄ocens consequatur. Dat̆ K Oct̄b. constantino. ă. et constantancio cosul̄.

legati quoque coërcitione commoniti observabunt. Dat. III. Kal. Nov. Treviris, Constantino A. [A.] *III. et Licinio IV. Coss.[73] (313.)

2. Idem A. ad Proculum, Proconsulem Africae.[74]

Et publicae disciplinae interest, et proconsulari convenit dignitati, ut publicarum exactionum, ceterarumque rerum curam et notitiam ad tuam redigas potestatem, ita, ut non officialium instructione, et voce fraudulenta contentus sis, sed ipsorum judicum curam responsionemque condiscas praefecti annonae, et rationalium, si fidelis est ea instructio: ita enim provincialibus contra iniquas exactiones poterit subveniri. Dat. VII. Kal. Jan. Constantino A. V. et Licinio C. Coss. (319.)

3. Idem A. *Aeliano, Proconsuli Africae.

Legati non solum civiles, sed et criminales causas audiant, ita, ut si sententiam in reos ferendam providerint, ad proconsules eos transmittere non morentur: ab omnibus enim judicibus hoc observari oportet, ut, subputato tempore competenti, quo necessariae causae criminalis instructio poterit adhiberi, maturam vel nocens poenam, vel absolutionem innocens consequatur. Dat. Kal. Oct. Constantino A. *VI.* et Constantio C. Coss.[75] (320.)

Imp. valentinianus. theod. et archad. a. flactiano proconsule afric.

Officio qd tuis meritis obsecundat non curialem quequam nec plebeia stirpe progenitum volumus adgregari. ac si qui erunt inter aparitores hujusmodi restitui eos debitis munii mox jubemus. veteranorum filios militare permittimus ut liceat diversa condicione paterna. Tam teneat
p. XX. *sub ||cingulo viliore fortuna. Dat non octb*
col. 1. *constantinop. theod. a. IIII. et habundacio consul.*

Imp archad. et honor. a simplicio proconsuli asie.

Officium helliponti consularis eterne recordacionis patrem serenitatis nostre adiit et expositis suis incomodis quibus a vicarianis aparitoritobus urgebatur oravit sub tue sublimitatis agere potestate cujus allegaciones humane psivi pium principem comoverunt. Dat. VIII. K apl. constantinop. archad. a. IIII. et honor ag cosul.

Ide a. victorio proconsuli africe et dominatori. vicario africe.

Apparicioni tue et legatorum quadringentos de his dumtaxat quos rei publice membra non querentur sibi esse detractos censuimus deputandos. ita ut si modum

4. Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius A*AA*. ad *Flavianum[76], Proconsulem Africae.

Officio, quod tuis meritis obsecundat, non curialem quenquam, nec plebeja stirpe progenitum volumus adgregari: *at si qui erunt inter apparitores hujusmodi, restitui eos debitis *muniis mox jubemus. Veteranorum *filiis militare permittimus, ut, *licet diversa conditione, paternam tamen teneant sub cingulo viliore fortunam. Dat. Non. Octob. Constantinopoli, Theodosio A. III.[77] et Habundantio Coss. (393.)

5. Impp. Arcadius et Honorius A*A*. Simplicio, Proconsuli Asiae.[78]

Officium Hellesponti consularis aeternae recordationis patrem serenitatis nostrae adiit, et, expositis suis incommodis, quibus a vicarianis apparitoribus urgebatur, oravit, sub tuae sublimitatis agere potestate. Cujus allegationes humanae *proclivius pium principem commoverunt: quod et nos obtinere censemus.[79] Dat. VIII. Kal. April. Constantinopoli, Arcadio A. IV. et Honorio *III.* AA. Coss.[80] (396.)

6. *Ii*dem A*A*. Victorio, Proconsuli Africae, et Dominatori, Vicario Africae.

Apparitioni tuae et legatorum quadringentos de his dumtaxat, quos reipublicae membra non querentur sibi esse detractos, censuimus deputandos, ita, ut si modum

hunc quisquam vicio demeritatis excesserit. qui in his libris auri per singulos neglegencia judicū denis aut̆ officiū sine dilacione multetur. quisquis igitur vel ex curiis vel ex ceteris corporibus in officio repertus fuerit origini sue reddatur. Qđ si praeter statutum numerum aliqui fuerint quos ab omni nexu liberos vel curie vel collegia forte non vindicĕt arbitrii sui officiique publicas necessitates instruant. Ita ut idem circa statutum numerum officium tui permaneat āonarum nūms qui huc usque servatus est. Dat̆. XII. k juni. međ honorio. ă. IIII. et euxenio s̆.

Idē ag. messale ppto et p̆ āone p alia.

Antiq exigendi consuetudinĕ in omni annonario ac supdicto canonis servandam esse. censemus ut submotis omnibus exactoribus qui de diversis officiis extra morem nunc usque directi sunt offiū proconsulare postulet qđ exigere consue-
p. XX. *vit.* || *Nec alienis se partibus inpudent̄ in-*
col. 2. *serat et ceta. Dat̆. III. k Octb' alȝino theodoro uc̆ consut.*

Id?. ăa. pŏpejano proconsuli africe.

auă licenciă judicū his cancellis severitatis includimus ut si quis pcsulēm vicem proprie potestatis in legatum

hunc quisquam vitio temeritatis excesserit, *vicinis libris auri per singulos negligentia judicum, denis autem officium sine dilatione multetur. Quisquis igitur vel ex curiis, vel ex caeteris corporibus in officio repertus fuerit, origini suae reddatur. Quod si praeter statutum numerum aliqui fuerint, quos ab omni nexu liberos vel curiae, vel collegia forte non vindicent, arbitrii sui officiique publicas necessitates instruant, ita, ut idem circa statutum numerum *officii tui permaneat annonarum numerus, qui huc usque servatus est. Dat. XII. Kal. Jun. Mediolani, Honorio A. IV. et Eutychiano Coss.[81] (398.)

7. Iidem AA. Messalae, *Pf. P. et Praeposito annonae.

Post alia:

Antiquam exigendi consuetudinem in omni annonario, ac superindicto *canone servandam esse censemus, ut, submotis omnibus exactoribus, qui de diversis officiis extra numerum nunc usque directi sunt, officium proconsulare postulet, quod exigere consuevit, nec alienis se partibus impudenter inserat, et caetera. Dat. III. Kal. Octob. Altini, Theodoro V.C. Cons. (399.)

8. Iidem AA. Pompejano, Proconsuli Africae.

*Pravam licentiam judicum his cancellis severitatis includimus, ut, si quis proconsulum vicem propriae potestatis *per legatum

suum utud ingratus nostro beneficio repraesentaverit. XXX. librarum auri inlacione multetur eademque condempnacione legatur feriet. Primates quoque officii par pena contineat nisi in deferentibus inlicita et abientib' obviaverint. Dat pridie k Janr. med stilicone et reliano. csut.

[a]*Imp. teod. archd. et honor. a. arufino p orientis.*

In officio comitis orientis non amplius quam. d C apparitores. habeantur. quos quidem publicis necessitatibus ad eo novimus habunde suppetere. ut per eos patrimonialium per orientem possessionum maturetur exactio. Dat. III. k ian. heraclie archad. III. et honorio. II. a. csut.

[b]*Imp valentinianus. theod. et archad. aaa florencio pfecto augtat.*

Per tebaida atque augta nicia. provincias officium tuum et officia judicum conpetencium cum omnia tributa exigere

---

a Una linea praecedit, in qua inscriptionis hujus vestigia conspiciuntur.

b Una linea vacua praecedit.

suum, velut ingratus nostro beneficio, repraesentaverit, XXX. librarum auri inlatione multetur, eademque condemnatione *legatus ferietur. Primates quoque officii par poena contineat, nisi [in] deferentibus inlicita et abientibus obviaverint. Dat. pridie Kal. Jan. Mediolani, Stilicone et Aureliano Coss. (400.)

Tit. XIII.

De Officio Comitis Orientis.

un. Impp. Theodosius, Arcadius et Honorius AA. Rufino, Pf. P. Orientis.

In officio comitis Orientis non amplius, quam DC. apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus adeo novimus abunde suppetere, ut per eos patrimonialium per orientem possessionum maturetur exactio. Dat. III. Kal. Jan. Heracliae, Arcadio III. et Honorio II. *AA.* Coss. (394.)

Tit. XIV.

De Officio Praefecti Augustalis.

1. Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Florentio, Praef. Aug.

Per Thebaicam atque Augustamnicam provincias officium tuum, et officia judicum competentium [cum] omnia tributa exigere,

suscipere postremo conpellere jubemus. Ita ut si q̊ militares possessores in memoratis provinciis fuerint. hi in tantum per militare officium exigantur. Jam si qui de provincialibus nostris ad inferænda quae debent audaces extiterint ad nostram clemenciam referes. ut ubi nos jusserimus per castrenses milites exeggant.[a] *Dat. XIII. K ꝺ̊r. constantinop̆ honorio N̆p et euodio cŏsut.*

Im̊p valentinian̄ teod̄. et archad̄. aăa rufino pp̊o. aug̊tat.

p. XXI. col. 1. || *Ordinariorum sub se judicum examinandi flagicia. hac super his referendi non ămovendi vel puniendi habeat potestatem. Data pridie. non̊. decb̊. Constantinopol. olibrio et probino. c̆sut.*

ꝺ̊p constamtin̄. ă. ad silvium paulum mag̊itat post alia.

De tua gravitas obcupacionibus aliis districta hujus modi rescriptorum cumulis oneretur. Placuit has solas causas gravitati tue injungere in quibus persona potencior inferiorem aut minorem judicem p̆mere potest. aut tale negociŭ emergit quod in

a Ex correct. *exiggant.*

suscipere, postremo compellere jubemus, ita, ut si qui militares possessores in memoratis provinciis fuerint, hi [in] tantum per militare officium exigantur. Jam si qui de provincialibus nostris ad inferenda, quae debent, audaces extiterint, ad nostram clementiam referes, ut, ubi nos jusserimus, per castrenses milites exigantur. Dat. XIII. Kal. Mart. Constantinopoli, Honorio N. P. et Evodio Coss. (386.)

2. Impp. Arcadius et *Honorius AA. Rufino, Praef. Aug.[82]

Ordinariorum sub *te judicum examinandi flagitia, ac super his referendi, non amovendi vel puniendi *habeas potestatem. Dat. pridie Non. Dec. Constantinopoli, Olibrio et Probino Coss. (395.)

Tit. XV. (VI.)

De Officio Vicarii.

1. Imp. Constantinus A. ad Silvium Paulum, *Vicarium Italiae.[83]

Post alia:

*Ne tua gravitas occupationibus aliis districta hujusmodi rescriptorum cumulis oneretur, placuit, has solas causas gravitati tuae injungere, in quibus persona potentior inferiorem, aut minorem judicem premere potest, aut tale negotium emergit, quod in

psidali judicio terminari fas non est. ut quos per eosdem praesides diu tractatum apud te debeant terminari. Data. V. K. Dr. nicom paulino et juliano consul.

Imp constantinl. a. ad cesonianum vic afre.

Relaciones judicum qui provincias regunt nec non et racionales ceterorumq; qui aliquid sciencie nostre relatum cupiunt susceptas. tua sublimitas nob celerit intimare debeb. Dat IIII. K Octb. philippo et salia consulibus.

d. a. ilico csul nimidie.

Cum aliquid rectores provinciarum ad nos referre voluerint. id prius ad vicarium referatur cui scriptum est. ut subjestiones. vel relaciones psecutur[a] *ad comitatum meum transmittendas suscipiat. et quod faciendu viderit expleat quippe hoc pt alia cursus quoque publicus magna revelacione firmabitur. Dat. III. Non. decb. syrmio constancio. a. VI. et constante cesaris. consul.*

Imp ppo. constantinus. a. ad mamertinum ppo.

Rectores provinciarum sublimitas tua

---

a Duae literae sequentes erasae sunt, quarum secunda *s* adhuc conspicitur; originetenus, ut videtur, *persecutores.*

praesidali judicio terminari fas non est, ut, *quod per eosdem praesides diu tractatum, apud te *debeat terminari. Dat. V. Kal. Mart. Nicomediae, Paulino et Juliano Coss. (325.)

2. Impp. *Constantius et Constans *AA.* ad Caesonianum[84], Vicarium Africae.

Relationes judicum, qui provincias regunt, nec non et *rationalium, caeterorumque, qui aliquid scientiae nostrae relatum cupiunt, susceptas tua sublimitas nobis celeriter intimare debebit. Dat. IV. Kal. Oct. Philippo et Salia Coss. (348.)

3. Imp. Constantius A. et Constans *C.* Ilico, *Proconsuli *Numidie.[85]

Cum aliquid rectores provinciarum ad nos referre voluerint, id prius ad vicarium referatur, cui scriptum est, ut suggestiones, vel relationes *prosequutorias ad comitatum meum transmittendas suscipiat, et, quod faciendum viderit, expleat, quippe hoc, praeter alia, cursus quoque *publici magna revelatione[86] firmabitur. Dat. III. Non. Dec. Syrmii, Constantio A. VI. et Constante C. *II.* Coss. (353.)

4. Imp. *Constantius A. et Julianus *C.*[87] ad Mamertinum, Pf. P.

Rectores provinciarum sublimitas tua

conveniat ut cunctis de rebus quibus ad nos et ad vestram scienciam crediderint referendum vicar̄ ess e participandos sciant.
p. XXI. col. 2. ‖ *accepta. VIII. id̄ iun. mamertino et nevita consul̄.*

Imp valentinian̄ et valens. aa. ad draconcium vicarium africae.

Officium vicarie per affricam praefecturae intra eum numerum colligatur. ut trescentos minime possit excedere sicuti ceterorum vicariorum esse pcepimus. Dat̄. VIII. K feb̄. med̄ valentiniano. et valente. a. cosul̄.

Id̄. a. ad crescentem vic africe.

Di quando ex allectis vel susceptoribus aut tabulariis quispiam raciocinio sivē fraude pibetur obnoxius non officialis ad exibicionem eī dirigat̄. sed rectori provincie rei indago mandetur. Ubi primum tam̄ sinceritas tua provinciam introiere requirat attente quam ordinarius judex injunctis rebus diligenciam efficaciamque detulerit. Qui eorum titulorum de quibus instructus est. non ad plenū vel discussionem egisse vel satisfactionem deprehenditur curasse. fas erit eum pro negletu utilitatis publice dignā cōmocionis subire censurā. Dat IIII K Mr. treverunt modesto et arintheo consul̄.

conveniat, ut cunctis de rebus, quibus ad nos, et ad vestram scientiam crediderint referendum, vicarios esse participandos sciant. Accepta VIII. Id. Jun. Mamertino et Nevitta Coss. (362.)

5. Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Dracontium, Vicarium Africae.

Officium vicariae per Africam praefecturae intra eum numerum colligatur, ut trecentos minime possit excedere, sicuti caeterorum vicariorum esse percepimus. Dat. VIII. Kal. Feb. Mediolani, Valentiniano et Valente A*A*. Coss. (365.)

6. Impp. Valentianus, Valens et Gratianus A*AA*. ad Crescentem, Vicarium Africae.

Si quando ex allectis, vel susceptoribus, aut tabulariis quispiam ratiocinio, sive fraude perhibetur obnoxius, non officialis ad exhibitionem ejus dirigatur, sed rectori provinciae rei indago mandetur. Ubi primum tamen sinceritas tua provinciam *introierit, requirat attente, quam ordinarius judex injunctis rebus diligenciam efficaciamque detulerit: qui eorum titulorum, de quibus instructus est, non ad plenum, vel discussionem egisse, vel satisfactionem deprehenditur curasse, fas erit, eum pro neglectu utilitatis publicae dignam commotionis[88] subire censuram. Dat. IV. Kal. Mart. Treviris, Modesto et Arintheo Coss. (372.)

Idē. ă. valens gracian̄ et valentinianus. aăa. antonio pp̄o.

In civilibus causis vicarios comitibus militum convenit anteferri in militaribus comites vicarios[a] *anteponi quociensque societas in judicando contigerit priore loco vicarius ponderetur comes adjunctus accedet si quidem cum ad p̄fectura emeritū caeteris dignitatibus antestet vicaria dignitas ipso nomine ejus se trahere indicet porcionem et sacrae cognicioneis habeat potestatem et judicacionis nostre soleat repraesentare reverenciam. Dat̄. VIII. id ian̄. gracian̄. a. IIII et merobaude c̄sut̄.*

Idē. ă. ad esperium p̄pom.

p. XXII. col. 1. || *Relaciones vicariorum si quando usus attulerit ad nostram mansuetudinem deferantur. Nam et si plura sunt quibus ethiā illustris censura tua inconsultis quoque nob̄ potest dare nob̄ responsum. scimus tamen aliquanta esse que nisi auctoritas principalis oraculi solvere non potest. et relaciones judicum libenter audivimus ne administratorum decrescere videatur. auctoritas. si eorum consulta veluti profanorum p̄ces an nr̄is aditis repellam̄. Data. XII. K. feb̄. graciano. ă. IIII. et merobaude. c̄st̄.*

---

a Ex correct. *vicariis.*

7. Iidem [A. Valens, Gratianus et Valentinianus] AAA. Antonio, Pf. P.

In civilibus causis vicarios comitibus militum convenit anteferri, in militaribus comites vicariis anteponi: quotiensque societas in judicando contigerit, priore loco vicarius ponderetur, comes adjunctus accedet: si quidem cum [ad]praefecturae meritum caeteris dignitatibus antestet, vicaria dignitas ipso nomine ejus se trahere indicet portionem, et sacrae cognitionis habeat potestatem, et judicationis nostrae soleat repraesentare reverentiam. Dat. VIII. Id. Jan. Gratiano A. IV. et Merobaude Coss. (377.)

8. Iidem AAA. ad Hesperium, Pf. P.

Relationes vicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram mansuetudinem deferantur: nam et si plura sunt, quibus etiam illustris censura tua, inconsultis quoque nobis, potest dare [nobis] responsum, scimus tamen, aliquanta esse, quae, nisi auctoritas principalis oraculi, solvere non potest: et relationes judicum libenter *audimus, ne administratorum decrescere videatur auctoritas, si eorum consulta, veluti profanorum preces, a nostris aditis repellamus. Dat. XII. Kal. Feb. Gratiano A. IV. et Merobaude Coss. (377.)

Imp valens gracian et valentinian. a. ad alipiu.

Oms largicionales titulos laudabilitatis tue officium more pristino curab implere speciali cura et periculo utique p hanc pcepcione culpa ac racionales[a] *officio comunicare non possit. a quo ethiam cura aliena esse cognoscat. Dat k iun. treu accepit nonas julii valente VI. et valenteniano.*[b] *a. II. consut.*

Imp. gracian valentinian et theod. a. ad siagriu vic africe.

Aditus provincie proconsularis inibend est tantuque ei consilii gracia in thebestina civitate ascessus pateat. Cannoni aut cogendo annone pfim mineat vestes largicionales sinceritatis tue cogat officiu. cui negocio ethiam racionat insistat. Ita tam ut principe loco aparitores tuos maneat. et quo accionis instancia hec deceptionis invidia. vectigalia sane apud Kartagine constituta vicarie pfecture. apparicio procuret pp Kartagine. dat VII. K Sepb. auxonio et olibrio. csut.

Ide. a. justiano vic pontice.

Tornicularii officii qd meritis tuis paret instituta antiquitus ordinacione

---

a Ex correct. *racionalis.*

b Ex correct. *valentiniano.*

9. Iidem A*AA.* ad Alypium, *Pf. P.*[89]

Omnes largitionales titulos laudabilitatis tuae officium[90] more pristino curabit implere speciali cura et periculo. Utique post hanc praeceptionem culpam *cum rationalis officio communicare non possit, a quo etiam curam alienam esse cognoscat. Dat. Kal. Jun. Trev. Accepta Non. Jul. Valente VI. et Valentiniano II. A*A.* Coss. (378.)

10. Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius A*AA.* ad Syagrium, Vicarium Africae.[91]

Aditus provinciae proconsularis inhibendus est, tantumque ei[92] consilii gratia in Thebestina civitate *accessus pateat; canoni autem cogendo annonae praefectus immineat. Vestes largitionales sinceritatis tuae cogat officium, cui negotio etiam rationalis insistat, ita tamen, ut principe loco apparitores tuos maneat, et, *quia actionis instantia *est deceptionis invidia[93], vectigalia sane apud Karthaginem constituta vicariae praefecturae apparitio procuret. PP. Karthagine [Dat.][94] VII. Kal. Sept., Auxonio et Olibrio Coss. (379.)

11. Iidem A*A.* *Justiniano[95], Vicario Ponticae.

*Cornicularii *officium, quod meritis tuis paret, institutam antiquitus ordinationem

p. XXII. col. 2. *milicie repetisse || cognovimus. ut pacto corniculario agětem in rebus numero connectantur sed diu alia statuta obsistunt. quibus comperimus virorum quoque illustrium praefectorum praetorio cornicularios comitis quin ethiam orientis camelorum gregibus p̆cepto sic temporis p̃fici quo vicarioru̇ omĩu̇ cornicularii's varie erogaciõis in urbe constantino polinatana constat ĩpositam functionĕ. Dat. II. non. apl. tesat. gracianũ. teod.*

Imp valentinian. theod. et archad. ăăă. omnibus vicariis.

Singuli vicarii p dioceses sibi creditas ter centenos tantu noverint militare debere. Ita ut quicumque majorum nexu curiis ıdebentur municipiu̇ functionib⁹ debentur. et nemo privilegii alicujus p̆textu aut annositatis se defendat obstaculo. dat VI. K novb. honor. npeteuuodio vic consut.

Idē. ă. abecuciane. K N. uc.

Officium dioceseos asiane cujus octo provinciarum ăbit⁹ per spacia laciora tenduntur ducentorum niti apparicione p̃cipimus. Data. IIII. K mai. med. timasio et promoto consut.

Imp archad et honor. ă. aeusebio ppom.

Cavendu est ne qua ob canonē africe.

militiae repetiisse cognovimus, ut peracto corniculario *agentium in rebus numero connectantur. Sed diu alia statuta obsistunt, quibus comperimus, virorum quoque illustrium, praefectorum praetorio cornicularios, comitis quin etiam orientis, camelorum gregibus, *peracto sic *tempore, praefici, quo vicariorum omnium cornicülariis variae erogationis in urbe Constantinopolitana constat impositam functionem. Dat. II. Non. April. Thessalonicae, Gratiano *V. et* Theodosio *I. AA. Coss.* (380.)

12. Impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius AAA. Omnibus Vicariis.

